

L

A

F



5

6

7





GRAM-
MATICES THO-
MAE LINACRI BRE-

VISE ET PERSPICVA PER
QVAESTIONES ET TA-
BYLAS EXPLICA-
TIO.



VRATISLAVIÆ,
In officina Crispini Scharf-
senbergij.

. 1557.

ἐπὶ γράμμα πρὸς τὰς ἐντυγχάνοντάς.
τὸ λινάκρον ὑπομνήματα ἐξηγέσθ' ἐπιχερῶν,
τῶν ἀκριεῖ δ' ὄντων γινώσιμ' ἀγνοῦντι νεῶ:
τὸ δ' ἔλор, ἐν φανεροῖς πινάκων διαγρᾶμμασι πρᾶγ
σύλλαβον, φθάλοις τ' ὥσπερ ἰδέσθ' ἔφερον. (μα
τὸ το δὲ ἢ ἐγχείρημα καλῶς ἔξην ὑπέληφα
πρὸς τῇ τῶν νεαρῶν ὁρθῇ διδασκαλίᾳ.
εἰς δ' τῶν γλωττῶν γινώσιμ', μέγα σύμφορον ὄξι,
ἔρῳ εἰσελθὲν, σὺν μεθόδῳ διδασχῆς.
ἢ κηδὶν ὀλίγηντ' ὅτι μοι πασι πρὸς ἐκείνῃ
ἐκτῶν δείκνυμι, τοῖς φιλογρᾶμματικοῖς.
τάυτην ὅσις ἄρ' οὐρ ὁδὸν εἰσελθῶν ἐπορεύθη,
τῆς τεχνῆς ὅτις τ' ἐστ' ἐφικέσθ' ἱκανῶς.
καὶ μάλα εἰ ἐπιδέξῃ γυμνάσθ' ἐπὶ αὐτῇ
γράμματα πόλλ' ἀναγνύς, πολλὰ γράφων τε

(ὁμῶς.

τὸ το μάλιστα γε δῖον δῶμα τὸν τοῖς γράμμασι χρῆ-
καὶ πρὸς τὰς τεχνὰς ἐν ἐπισθῆρ' ἀγαθὰς. (σθα
ὥς παρὰ τοῖς τέθροτοῖς ἄλλοις πολὺ ἐνδοκιμῆσαι,
τῶ, φιλέων, τέ, πόνορ φίλπερς ἐσι δέῳ.

Ἀθάνατοι μάλα γὰρ συγέσσιμ' ἀεργορ ἐόντα.

καὶ φύγος ὄξι τρυφᾶν, τίμιον ἄλλὰ πονεῖν.

Δεῦτε μὲν δὴ παῖδες νεαροὶ ἢ αὐτοὶ φίλομυσοι,

τεχνὴν τῇ πρῶτην νῦν ἀναγνῶτε βραχύ:

ἢς μὲν ἀνεῦ μὴδὲρ μόνιμον σεμνὸν τε μάθημα,

ἐν κυκλοπαίδειᾳ γὰρ τάδε ὄξι βάσις.

Ἰωάννης ῥητής.



228141

I

AMPLIS-
SIMO SENATVI
INCLYTÆ VRBIS

Vratislauiæ, Dominis ac Pa-
tronis suis perpetua obser-
uantia colendis, Iohan-
nes Sagerus,
S. D.



VLTOS bonarum artium studi-
osos adolescentes,
ab huius optimi
in re grammatica
doctoris, & perfe-

cti, etiam doctissimorum virorum
iudicio, artificis cognitione, deter-
ret singularis cuiusdam difficulta-
tis opinio. Quæ cum non solum
falsa, sed etiam perniciosa sit illis,

A ij qui

qui pure & eleganter loquendi
& scribendi studium habent, ab
initio refutanda uidetur: sum-
maque illius auctoris in cogno-
scendo facilitas, & maxima ad
emendatam latini sermonis di-
ctionem comparandam, utilitas
ostendenda est: ut ea perspecta
& cognita, ipsi adolescentes, pu-
ritatis & elegantiae orationis cu-
pidi, per se excitentur ad hanc
praestantissimam & in primis ne-
cessariam grammatices institus-
tionem lubenti & gaudenti ani-
mo perdiscendam, & maximo
cum fructu exercendam & ce-
lebrandam. Nullam autem in
hoc perfectissimo grammati-
ces opere inesse difficultatem in-
de quauis luce clarius apparet,
quod

quod in eo res ueræ .i. eiusmodi
huius artis præcepta tradantur,
quæ ad usum & consuetudinem
optimorum autorum, ex quibus
sumpta & collecta sunt; conueni-
unt & consentiunt: qua in re hu-
ius artificij ueritas spectatur &
consistit, quæ simplex & intelles-
ctu facilis est, & non ὡς δὲ θεῶδες
ἀκατάληκτον. Huc & illud accedit
quod omnia ista, quæ in hac do-
ctrina obseruanda proponuntur,
rectissimo docendi ordine com-
modissime sint disposita: cuius
obseruatio nō solum ipsis rebus,
sed etiam memoriæ lucem adfert,
ut ex Simonide animaduersum
est. Nam iuxta compositionis or-
dinem (quo artes, per resolutio-
nem inuentæ, commodissime ru-

A iij dios

dioribus, teste Galeno, traduntur) a principio institutionis suæ octo simplices orationis partes, tanquam ipsam institutæ cōstructionis materiam Linacer diligenter pertractat: earumq; præterea Enallagen ostendit, quæ Etymologicæ grammatices partis eiusmodi figura est, qua sæpe inter se orationis dictiones commutantur, unaq; alterius loco usitate accipitur. A quibus postea ad propositam latini sermonis structuram, ex debita partium orationis compositione, exedificandam accedit: eiusq; naturam & rationem, simili eiusdem ordinis genere rectissime dispositam, planissime cognoscendam proponit. Ex Aristotelis, n. sententia a communiori

nioribus, tanquam natura nobis
notioribus, ad singulares cuiuscq;
generis leges & observationes
propius aspiciendas & percipien-
das procedit. Atq; ea componen-
di ratione integrum, omnibusq;
numeris suis absolutum & perfe-
ctum legitimæ & emendatæ cō-
structionis corpus extruit & cōsti-
tuit. Deinde & in illa ipsa Synta-
xeos materia & forma, recte &
perspicue tractanda & explican-
da, expeditissimam definiendi
& diuidendi methodum præci-
pue sequitur: qua nulla docendi
ratio, ad rerū genera & formas
dilucide exponendas, melior & il-
lustrior excogitari aut inueniri
potest. Præterea & in ipsa rerum
explicatione bono & latino fer-

A iij monis

monis genere utitur, artisq; uocabulis accurate excogitatis, & ad docendum accommodatissimis: in quibus si quæ nonnullis, ad eius dictionem nondum assuefactis, forsitan obscuriora uidebuntur, fidelis interpretis erit officium, ut ea familiaribus uerbis declaret, & τὰ καὶ ἄ καὶ ὧς explicans isti obscuritatis difficultati medeatur: usumq; præceptorum in enarratione autorum, nec non in scribendi exercitijs monstret, quæ ad methodicam institutionem omnino accedere & suscipi debent. Ad optimorum enim uerborum ac rerum in dicendo copiam & facultatem acquirendam caput est (ut Cicero inquit) quam plurimum scribere: quod etiamsi alicuius laboris

boris sit, illum tamen honestarū
disciplinarum studio adolescentē
tes, propter maximam, quæ inde
ad eos perueniet, utilitatē, minime
subterfugient: cum ex Hesiodo
sciant, quod τῆς ἀρετῆς ἰδρυτὰ
θεοὶ πρῶτοι ἀροῦν ἐβηκον. Illamq; Ci-
cconis sententiam uerissimā esse
statuant, nullam artem literis sine
interprete & sine aliqua exercita-
tione percipi posse.

Quare ut etiam in hac parte
ipsorum studijs subuenirē & di-
scendi conatus iuuarem, istum in-
terpretandi & perspicue singula
explicandi laborem, qui, (ut re-
cte Quintilianus asserit) plus ha-
bet operis quam ostentationis,
non inuitus in me recepi ac susti-
nui. Vt autem illud, quod insti-

A v tui

tui rectius assequerer, & ea omnia, quæ in ipso autore difficilia uideri possunt, redderẽ adeo intellectu facilia, ut etiã pueris cõmode proponerentur. Primum ordinem & methodum, quam in eo expeditissimã animaduerti, secutus, totum illius doctrinæ corpus singulaque eius membra (interdum insertis disputationibus, & orationis etiam serie longius distracta) in breues quasdam tabulas contraxi, & quodq; ad suum locum & numeros redegi, uerbisq; in communi usu positis ea, quæ obscurius dicta, aut etiam prætermissa uidebantur, declarauit & suppleuit: ac ueluti in pictura aliqua omnia oculis spectanda, & uno intuitu animo comprehensenda

denda proposui. Nunc uero Isagogen quandam illis addendam putauī, qua per institutas questiones illis, qui istiusmodi tabularum usum minus intelligunt, easque inspicere, & inde rectissime facillimeque totum Grammatices negotium plenius cognoscere expetunt, uiam & rationem singula suo ordine cōsiderandi & obseruādi monstrarem, & ad tabularum diagrāmata rectius aspicienda & percipienda quasi manu deducerem: ac insuper usum significarem, quem ex qualibet huius institutionis parte, tum ad optimorum autorum cognitionē & interpretationē, tum ad recte emendateque loquendum & scribendum expectare & p̄tere debeant

beant. Nec dubium mihi est ullū,
quin illi, qui hanc uiam ipsis pa-
tefactam & monstratam ingressi
& secuti fuerint, re ipsa experien-
tur nullius grāmaticen hac Tho-
mæ Linacri institutione faciliorem
et eruditionis pleniorē esse. Nec
iplos operę & diligentię suę, quā
in hoc autore cognoscendo po-
nent, unquam poenitebit. Plus, n.
(ut Quintilianus de grammā-
tica institutione inqt) habet in re-
cessu, quam in fronte promittit.
Ac per se uel pueri intelligent, falsū
huic pulcherrimo auctori diffi-
cultatis & obscuritatis nomen, a
quibusdam temere iudicantibus,
adscribit: ipsiq; ista falsissima opi-
nionē ex animis suis procul reie-
cta, ad hanc planissimā & in pri-
mis

mis necessariam institutionem sibi
bi accedendam, omniq; studio &
diligentia ad hoc incumbendum
putabūt, ut eius præcepta & ob-
seruationes, facillima methodo
comprehensas & explicatas, quā-
primum cognoscant, & ad recte
elegantique loquendi & scri-
bendi usum transferant : idque
non tantum in Latina, sed etiam
in Græca lingua, cum eadem me-
thodus utrique optime inservi-
at. Hanc autem Isagogen, am-
plissimi uiri, ideo potissimum su-
periori tabularum explicationi
adiectam, ut omnibus quibus-
cunq; possim rationibus & mo-
dis, apud honestissimam & cha-
rissimā iuuentutem uestram, ar-
tium dicendi & linguarum stu-
dia

dia Ecclesie Dei & reipublice ne-
cessaria, meo loco iuuarē & ulte-
rius prouerem, etiam uestre
amplitudinis iudicio & patrocini-
o, sapientie & autoritatis ple-
nissimo, subiiciendam & offeren-
dam existimaui: ut istius apprime
utilis & necessarij autoris expli-
catio Vestre A. dicata & com-
mendata, de mea erga eam debita
obseruantia, & studio indefes-
so optime de honestis adolescen-
tie disciplinis merendi, testifica-
retur. Simulque sub amplissimi
nominis uestri approbatione &
tutela co tutius ex umbratili tra-
slatione in publicam lucem pro-
diret, & optimae ac studiosae iu-
uentuti uestre (cui maxime his-
ce docendi & scribendi labori-
bus

bus gratificari & prodesse cupio) de meliori nota commendaretur, ad studia sua ex ipsis linguarum fundamentis rectius & felicius informanda & excolenda. Summopere & officiose V. A. petens, ut hanc meam qualemcunque operam & diligentiam æqui bonique consulat, & artium humanitatis pietatisque studia, pro sua in ea summa uoluntate & beneuolentia, ad gloriam Dei & communem Reipub. salutem ad omnem posteritatem conferuandam, semper complectatur & foueat. bene & feliciter ualeat

Amplitudo
Vestra.

AD LECTO- REM.

Sermonis si pura boni tibi disctio cordi est,
Et rectè mentis prodeire sensa cupis:
Hūc lege Grammaticū, quo nō est doctior alter,
Nec quisquam facili est utilitate prior.
Is methodo certa rem tractat & ordine recto,
Ars sicut rudibus debuit illa dari.
Hac ratione potes quamvis cognoscere linguā,
Hacq; brevī multum tempore proficies.
At quum linguarum fuerit tibi facta potestas,
Nunquam te rerum copia destituet:
Hisce quòd instructo facilis uia conslet ad omnes
Doctrinas, quas ex fontibus ipse bibas.
Quare tantarum quum sint exordia rerum
In fundamentis insita grammatices:
Firmiter hæc iacienda tibi puer esse putabis,
Ne ruat extructum, quod malè condis, opus.
Ad quæ percipienda laboribus utere nostris,
Interpres donec quis meliora dabit.

I. S.

DE

DE ORDINE LI- BRORVM ET EX- PLICATIONIS ME- THODO.

Quem sibi Linacer scopum
& finem Grammaticę insti-
tutionis suę proponit ?

*Finem et scopum principalem instituti ope-
ris titulus ostendit, quod in eo emendatam latini
sermonis structuram potissimum tradat & ex-
plicit.*

Quo ordine ad finem illum
consequendũ procedit ?

*Ordine Compositiuo à simplicibus Latine
orationis partibus & earum Enallage ad pro-
positam constructionis tractationem rectissime
procedit, atq; in illis explicandis hoc præcipue
agit, ut ea, quæ ad autorum interpretationem
& puram siue emendatam loquendi rationem
necessaria, & ab alijs Grammaticis non satis in-
tegrè aut commodè tradita & explicata sunt,
corrigit & compleat: reliqua uerò ex commu-
nibus Grammaticis, in quibus rectè explicantur,*

B petenda

petenda relinquat, et ad hanc perfectionem institutionem suam adferenda requirat.

In illis autem explicandis qua
utitur Methodo?

Methodo definitiua & diuisiua utitur, quæ in primo libro Etymologicam Grammatices partem, octo uidelicet simplices Orationis partes tanquam constructionis materiam tractat & explicat.

Partes Orationis quomodo
diuiduntur?

Diuiduntur in partes Declinabiles flexibilesq; quæ sunt 4. Nomen, Pronomen, Verbum & Participium, & non declinabiles inflexibilesq; quæ etiam sunt Quatuor. Prepositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.

Quid agit in partibus Declinabilibus?

In partib. declinabilibus hæc tria docet. Primum quid sit qualibet pars per accuratam definitionem ostendit. Deinde species cuiusq; partis per diuisionem explicat, sumptam à uocibus, quarum prima consideratio esse debet, et à rebus
quæ

ET METHODO.

quæ uoce significantur, quarum altera sit cura.

Tertio & postremo accidentia recenset, quorum Numerus et Persona omnibus quidem partibus declinabilibus communia sunt, Casus et Genera, nomini, pronomini, & participio. Tempus uerbo & participio commune. Modus autem uni Verbo proprium est accidens. Hinc quot cuiq; parti Accidentia sint attribuenda facile constat.

Quid agit in partibus non declinabilibus?

In Partibus non declinabilibus, quæ eiusmodi accidentibus carent, duo tantum tractat. Primum definitionem cuiusq; constituit. Deinde eius species seu Genera enumerat, quibus suas particulas subiicit, iuxta quam Methodum singulas Orationis partes suo ordine considerabimus.

DE NOMINE.

Quid est Nomen?

Nomen est pars orationis, quæ casibus inflexa, significat aliquid, sine ulla temporis, aut certæ personæ adsignificantiæ. I. Quid sit.

Quomodo diuiditur Nomen?

In Species & Accidentia.

B 2 VII-

Vnde sumuntur species Nominis?

II. *Alie sumuntur à uocibus, ipsa scilicet uoce*
Quæ Spe- per se considerata. Alie à rebus, id est, conside-
cies. rata ipsa re, quæ uoce significatur.

Quotuplex est Nomen se- cundum uocem?

A uocibus. Quadruplex. Aut enim est Principale seu
primitiuum, ut candidus. Aut Deriuatum,
ut Candidior. Aut simplex, ut pes. Compositum
ut bipes.

Da species Deriuatorum?

Deriuatorum Aliud est denominatiuum,
quod uidelicet à nomine deducitur. Aliud uer-
bale, quod à uerbo formatur. Aliud participia-
le, ut fugitans. Aliud aduerbiale, ut crastinus.
Aliud pronominale, ut nostras, nisi certam per-
sonam significet: tūc. n. ad pronomina pertinet.

Quæ sunt species Denomi- natiuorum?

Denominatiua sunt aut Diminutiua, ut lapil-
lus. aut Patronymica, ut Pelides. aut Plenitudi-
nis, ut lutosus. aut Abstractum, ut bonitas. aut
Cōparatiua, ut doctior. aut Possessiua, ut Euan-
drius,

drius, herilis, & alia, quæ huc pertinent, quatenus formatio ipsarum uocum consideratur & non significatio, iuxta quam ad alia genera referuntur.

Quæ est utilitas huius diuisionis?

Ostendit ordinem & rationem considerandi quodlibet nomen, quod uidelicet prima consideratio ipsius uocis esse debeat.

Altera autem rei quæ uoce significatur. atq; in uoce per se considerata ista tanquam metæ aliquæ spectentur. an nomen sit Principale, uel Deriuatum, an Simplex, uel Compositum. Siq; principale fuerit, eius deriuata inquirantur. Sin deriuatum, eius principalia inuestigentur, & si quæ præterea ab eo formantur. Si simplex eius Composita uideantur. Sin autem Compositum fuerit in suas simplices uoces resoluator, ita natura uocabulorum rectius innotescet, & simul ex una uoce plures discentur.

Quomodo secundum rem, quæ uoce significatur nomina distinguuntur?

In tria genera. In Propria, Appellatiua & A rebus.
Adiectiua. B 3 Quid

Quid est Proprium?

Quod rem non multis communem, sed uni in-
diuiduo propriam significat.

Quotuplex est Proprium?

Quadruplex.

1. *Prænomen*, quod differentiae causa, uel ueteri-
ritu præponitur, ut Aulus, Publius.
2. *Nomen*, quod suū cuiq; est, ut Paulus, Tullius.
3. *Cognomen*, quod cognationis est commune,
ut Scipio, Grachus, Fabius.
4. *Agnomen*, quod ab euentu aliquo est impo-
situm, ut Affricanus, Isauricus, Germanicus.

Quid est Appellatiuum?

Quod rem multis communem significat, ut
Animal, Homo.

Quæ nam habent uim Appellati-
uorum, aut etiam interdum

Propriorum?

1. *Primum*, Adiectiua neutra appellatiue usur-
pata, ut bonum, honestum, dulce, triste etc. Item,
quid, quod, ut quodcunq; militum.
2. *Infiniti uerborum modi*. i. infinitiui ipsi, ut sci-
re tuum. i. tua scientia.
3. *Infiniti sensus*. i. infinitum cum accusatiuo suo
ut,

ut, nisi te scire, hoc sciat alter .i. tuam scientiam.

Item in quod infiniti sensus soluitur .i. recta constructio, ex obliqua, per particulam, quod, facta, ut. Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi. Terentius. In tempore ad eam ueni, quod omnium rerum est primum. Atq; hæc ipsa loco Appellatiuorum nominum posita, in certo aliquo casu accipienda & exponenda sunt, quos Græci per additos articulos significant. Idq; frequenter uel in Recto. ut. Scire tuum, pro scientia tua est positum, uel in Accusatiuo. ut. nisi te scire .i. tuam scientiam sciat alter, aut etiam (sed rarius) in Ablatiuo, ut audito (scilicet illo) regem in Siciliam tendere, aut Genitiuo, ut, admonitione hominum (scilicet eius rei) quæ quam spectatissime floreat, quàm celerrime est marcescere. & quod pro appellatiuis usurpata in certo aliquo casu accipienda sunt, appellatiuorum cum adiectiuis & appellatiuis constructio iudicat.

Quorsum hæc observatio confert?

Vt cognoscamus quomodo uerba uel sententiam appellatiue uel materialiter acceptæ, exponendæ sint. Atq; etiam copię & inopiæ orationis

tionis eiusmodi Enallagæ & periphrases appellatiuorum inseruiunt.

Habent ne appellatiua quædam peculiare appellationes?

Quædam peculiari nomine, Collectiua dicuntur, quæ in singulari multitudinem significant, ut, populus, gens. Et illis opposita, quæ contrariam naturam habent, & in multitudinis numero rem unicam significant, sed nondum propriam appellationem sortita sunt. ut Athenæ, mœnia, codicilli, Gabij, Philippi. Quorum tamen aliqua ad propria nomina pertinent.

Quid est Adiectiuum?

Adiectiuū in genere est, quod sine altero, cui adheret, consistere in oratione non potest. Quorum ea, quæ proprijs, uel appellatiuis postponuntur, propriè uel in specie adiectiua dicuntur quæ supposito aliquid attribuunt, uel detrahunt, ut, homo doctus, indoctus. quibus & Interrogatiua, quæ de tali affectione quærunt, adnumerantur. Reliqua uero quæ appellatiuis seu proprijs determinationis causa præponuntur, ut sunt Partitiua. Particularia & Vniuersalia, ea ad σωματικὸς ὁρίματα .i. ad partes consignant potissimum referuntur.

Adiectiua

Adiectiua in specie dicta, quomo-
do ulterius, & in quem usum
diuiduntur ?

In propria & communia adiectiua.

Quæ dicis Propria?

Quæ affectionem uni indiuiduo propriam signi-
ficat, & sunt propria Epitheta, quæ pro ipso
Proprio sæpe ponuntur, & ad copiam oratio-
nis conferunt.

Quæ sunt Communia?

Quæ affectionem multis communem signifi-
cant, nec per se, sine proprio, uel appellatiuo in
oratione subsistere possunt, ut albus. Sunt etiam
adiectiua Media seu Ambigua.

Quæ sunt adiectiua Media?

Media adiectiua dicuntur quæ aliàs appel-
latiue usurpantur, quoties nimirum uel per se
subsistunt, uel alia sustinent: aliàs adiectiue ac-
cipiuntur, quoties alteri innituntur, sicut ex
constructione patet. qualia sunt, rex, ciuis, con-
sul, seruus, amicus &c. Et uerbalia in tor &
trix finita, ut, regem elegantem narras. popu-
lum latè regem. amicus certus. amicus Cæ-
saris.

Sunt ne & aliæ adiectiuorum appellationes ?

Ex superioribus illis adiectiuis quædam suas
peculiares appellationes habent, quæ propter
Enallagas & constructiones nominum seorsim
obseruanda sunt, ut Interrogatiua, Relatiua,
Redditiua, Possessiua, Materialia, Localia, Pa-
tria, Gentilia, Numeralia, Partitiua, Vniuersalia,
Particularia & Comparatiua.

Quid est Interrogatiuum?

Est per quod de re quapiam quærimus.

Quotuplex est Interrogatiuum?

Duplex. Aliud substantiæ, per quod de Pro-
prio, uel Appellatiuo nomine, uel Demonstratiuo
pronomine quæritur, ut, quis, quæ, quod, uter,
numquis. Aliud Accidentis, per quod de Adie-
ctiuis quæritur, ut qualis, quantus, quot, quotus,
cuius. a. um, cuius, cuiusmodi, quotuplex, quoten-
nus, quotennis.

Quomodo alias illa interro- gatiua appellantur?

Appellantur Infinita subiuncta, cū nihil quæ-
runt, sed cum suo uerbo alijs uerbis subiun-
tur, & eorum transitum excipiunt, ut scio quid
coneris.

coneris. Aut appellantur relatiua nomina siue (ut olim) Prouocabula, cum nos ad aliquid notum uel certè in oratione prius positum remittunt.

Quid est Relatiuum nomen?

Quod ad id, de quo, cum interrogatum est, querit, refertur.

Quotplex est Relatiuum?

Duplex. Aliud est Substantiæ, quod ad Appellatiua, Propria & Demonstratiua pronomina refertur, ut, homo, uel Socrates, uel iste, qui ad nos uenit. Aliud est Accidentis, quod ad sui generis adiectiua refertur, ut, quantus, ad magnus, quot, ad duo tria &c.

Quid est Redditium?

Quod relatiua ipsa uel præcedit uel sequitur, ut, talis, tantus, tot, cuiusmodi, istiusmodi, eiusmodi et totidè. talis est ciuitas quales sunt principum mores. Quot homines tot sententiæ.

Quid est Possessiuum?

Quod aliquid significat uelut possidentis, ut Euandrius, herilis.

Quid est Materiale?

Quod aliquid ueluti ex materia significat, ut aureus.

Quid

Quid est Locale ?

Quod aliquid ut ex loco significat, ut, hortensis.

Quid est patrium ?

Patrium, quod aliquid ex patria significat, ut, Romanus, Vratislavius.

Quid est Gentile ?

Gentile, quod aliquid ut ex gente, uel natione significat, ut latinus. Illa autem Hispanensis Siciliensis &c. *ὀικεγενετικὰ*. i. localia potius, quàm gentilia dixeris, quum non tam aliquid his gentibus ortum, quàm in ijs uersatum significant, ut Hispanensis negociator, & exercitus, licet genere sint Romani.

Quid est Numerale ?

Numerale uarias habet species. Cardinale, quod numerum absolute significat, ut unus, duo, tres &c.

Ordinale, quod numerum in ordine, uel quod ultimum eius numeri significat, ut primus, secundus. &c.

Distributiuum, quod singulis multorum eundem numerum distribuit, ut, singuli, bini, terni. Sunt & quæ numerum diuersæ rei, quam appellatiua sui indicant, ut in RIVS terminata, ut ternarius,

narius, lapis centenarius, qui est centum librarum, homo centenarius .i. centum annorum. grex centenarius .i. centum capitum.

Sunt etiam quæ unum in se multiplicatum significant, ut, duplum, triplum, quæ ad numerum uel pondus propriè referri Prisciano placet.

Quid est Partitium?

Quod uel multa sigillatim significat, ut quisque, uterque. uel unum ex multis, ut alter, alius.

Quid est Vniuersale?

Quod totam naturam appellatiui, cui additur, uerbo subijcit. ut, omnis, nullus.

Quotuplex est uniuersale?

Duplex. scilicet, Finitum, ut omnis, cunctus, uniuersus, nemo, nullus, nihil. Infinitum, quod ex simplicibus interrogatiuis fit, uel geminatis, ut quisquis, qualisqualis. Vel adiectione, cumque, ut quicumque, qualiscumque.

Quid est Particulare?

Quod Appellatiui, cui additur, partem tantum uerbo subijcit, ut Quidam.

Quotuplex est Particulare?

Duplex. scilicet, Finitum, ut aliquis, quisquam, quispiam, ullus, quidam, quo rem aliquo modo nobis certam incertè significamus: reliquis

quis uerò etiam nobis incertam incertè pronunciamus. tamen *et* sine discrimine præsertim in diuisionib. usurpatur.

Infinitum, ut quiuus, quilibet, quæ indifferenter unum ex multis, hunc uel illum, significant. Alteruter unum ex duobus indifferenter.

Quid est absolutum?

Quod cōparationem recipere potest, ut doctus.

Quid est Comparatiuum?

Est quod excessum sui absoluti unius pluriūue respectu significat, soluiq; potest in absolutum cum aduerbio magis, ut doctior .i. magis doctus.

Quid est Superlatiuum?

Quod excessum absoluti significat semper plurimum quam duorum respectu, soluiq; potest in absolutum cum aduerbio, maxime, ut, doctissimus. .i. maxime doctus.

III.

Quot sunt accidentia nominū?

Quæ accidentia.

Quatuor. Genus, Casus, Numerus et Persona.

Quot sunt Genera?

1. Sunt sex. Masculinum, quod solis maribus debetur, ubi sexus discrimen adest, uel masculinis iungi solet.
2. Fœmininum, quod solis fœminis debetur, aut fœminis iungi solet.
3. Neutrum, quod

quod nec mari nec fœminæ debetur, sed neutris
iungi solet, ut, saxum nigrum. Commune du-
um, quod maribus pariter fœminisq; conuenit,
ut, homo, bos. uel Commune trium, quod uoci-
bus cuiusq; generis iungi potest, ut hic, hæc &
hoc fœlix, potens. Epicœnum promiscui ge-
neris, quod altero genere utrumq; sexum pro-
miscuè complectitur. Dubium, quod solo au-
torum arbitrio ab alijs masculinè, ab alijs fœ-
mininè profertur, ut margo, cortex, dies.

4.

5.

6.

Quid est Casus ?

Si spectes uocis declinatæ terminationes, re-
periuntur plurimum tres uel quatuor, sicut ex
declinationibus constat. Sin ad res uocibus sig-
nificatas respicias sunt octo. Nominatiuus, Ge-
nitiuus, Datiuus, sub quo Octauus. Accusatiuus,
Vocatiuus, & Ablatiuus, qui & Septimus dici-
tur, quando sine præpositione legitur. Regu-
læ autem generum et declinationum ex commu-
nibus Grammaticis in quibus rectè traduntur, hæc
adferendæ sunt.

Quot sunt Numeri ?

Duo. Singularis & Pluralis.

Quæ sunt personæ nominum ?

Nominum

Nominum persona in Nominatiuo, qui tertiæ est personæ, & uocatiuo, qui secundæ est personæ, maxime spectatur: quæ tamen in pronomine certius significatur.

DE PRONO- MINE.

Quid est Pronomen?

I.
Definitio.

Pronomen est pars orationis, quæ casibus inflexa indiuiduam maxime essentiam significat, sine ulla quidem temporis, sed nunquam sine definite personæ differentia.

Quomodo Diuidis?

II.
Species seu
genera.

In species & accidentia.

Species quomodo distribuis
& consideras?

Primitiua
et simplicia

Dupliciter. Primum secundum uocem, cuius prima consideratio esse debet.

Deinde secundum rem, quæ uoce significatur illius sit altera obseruatio.

Quid in uocis consideratione
spectas?

An pronomen uox sit principalis, uel deriuata. An simplex uel composita.

Quot & quæ sunt Pronomina principalia & simplicia?

Latinis sunt octo, Ego, tu, hic, iste, ille, ipse, is & sui reciprocum primum.

Secundum rem seu ratione significationis qualia sunt, & quomodo diuidis hæc principalia?

Significationis ratione adiectiua sunt pronominalia, quæ nominibus sicut quædam adiectiua nominalia, *ὅτι κατὰ ἡγορηματικῶς*, Item uerbis & participijs determinationis causa, præponuntur. Diuiduntur autem ex significationis proprietate, seu usu suo, in Demonstratiua, Relatiua & Reciproca.

Quid est Demonstratiuum?

Demonstratiuum est quod aliquid uelut indicatum significat, & sunt octo.

I.

Demonstratiua.

Explica cuiusque uocis propriam significationem?

E G O, loquentem tantum personam indicat.

T U, ad quem sermo dirigitur.

C

Reliqua
tertiam

tertiā omnino personam significant, sed non eandem, sua enim cuiusq; significationis proprietās & singularis in oratione usus est.

HIC significat rem præsentem ei qui loquitur. Iste præsentem ei, ad quem fit sermo, ut per hoc caput iuro, remoue paulisper istos gladios. quemadmodum in aduerbijs hîc, huc, istic, istuc, ex his pronomini- bus factis, perspicue intelligitur.

IL LE, tertiam personam, de qua sermo habetur, demonstrat, & nonnunquam cum excellentia in laudationibus, sicut iste in contemptu & stomacho in uituperatione ponitur. Vt, Cicero ille. iste nebulo.

IS, ferè communem usum præstat.

IPSE, discretionem ab alijs personis denotat (ut, ipse, non alius, aut per alium) & trium personarum significationem representat: ac Epitagmaticon seu subiectum ideo uocatur, quod reliquis pronomini- bus, & præterea omnibus tum proprijs, tum appellatiuis subiungi solet: eaq; de causa in relationibus peculiarem usum habet. Omnibus personis iungi potest & compositum, Idem. Atq; ex demonstratiuis 4. illa, hîc, iste, ille, et is, aliquando nō tam extra sermonem aliquid, quàm cōtinuo in sermone dicendū demonstrant, ut, Vereor, ne illud grauius tulerit, quod heri in-
tromissus

tromissus non est. Aliquando *Et* de absente dicuntur, sed qui recens adfuit, uel de quo paulò ante habitus est sermo, ut, negat Phanium hanc sibi Demipho cognatam. Qui tibi uidetur nunc uir esse, hic nebulo magnus est.

Que sunt relatiua pro nomina ?

Ex demonstratiuis 5. ista simplicia, Hic, iste, 2.
ille, is, ipse, *Et* unum compositum, idem, fiunt re- Relatiua.
latiua, quando aliquid, quod in oratione antecesserit, repetunt. inter quæ hic *Et* ille, quando ad duo, quæ in oratione antecesserunt, referuntur. hic, posterius *Et* propius repetit; ille uerò prius *Et* remotius. Is utrisq; *Et* presentibus *Et* remotioribus competit, ideoq; in relationib. singularem commoditatem habet.

Præterea hic *Et* is in Epexegeſi uſitatè cum aliqua copula adhibentur, ut, Alexander Darium superauit, *Et* id uel hoc in adolescentia. Vestis pauca *Et* ea detrita ac sordida. paucis nummis superbit, nec ijs suis: ubi tamen propriū locum habet is *Et* non hic.

C ñ Quot

Quot sunt Pronomina reciproca primitiua.

3.

Reciproca

Pronomina reciproca primitiua seu principalia sunt, quibus transitus in eandem personam regeritur, à qua processit, idq; per obliquos tantum casus. Aut eiusdem pronominis, ut in Ego & Tu pronominibus, primæ & secundæ personæ per eorundem obliquos fit reciprocatio, ut Ego mei memor, mihi conscius, me alloquor, mecum loquor. Aut per obliquos alterius pronominis, nō eiusdem fit reciprocatio in tertiā personam, per reciprocum S V I, quod tantum est reciprocum, ideoq; rectis caret, & à relatiuis diuersum est, ut, ille, Paulus, homo sui memor, qui sibi est conscius, & non ille, qui illi est conscius, sicut ego mihi, tu tibi es cōsciūs.

Quot & quæ sunt Deriuata Pronomina?

Deriuata. Sunt quinque ex genitiuis primitiuorum forma ta, uidelicet, meus, tuus, suus, noster, uester.

Hæc deriuata, quomodo secundum rem, quæ uoce significatur, appellantur?

Ratione significationis suæ sunt pronomina adiectiua

adiectiua, quæ solis nominibus proprijs, uel appellatiuis tanquam epitheta apponuntur in aliquius possessione significanda, Vnde suo nomine pronomina Possessiua dicuntur. Quæ etiam Reciproca possessiua fiunt, quâdo per ea transitus possessionis in eandem personam, seu rem ab ipsa possessam regeritur, ut, Ego, mei, meo, meum, à meo patre. Tu, tuum, tuo, tuum, à tuo. ille sui patris, suo, suum, à suo. Vel gentilia seu patri pronomina, quando certam personam significant, Nostras & Vestras, quæ non solum nationem, uel patriam, sed & partes sectamue significant.

1.

Possessiua.

2.

Reciproca
posses:

3.

Gentilia.

Sunt & præter, idem, alia quædam composita pronomina, ut Ego met, tute, hicce, huiusce, hosce, hisce, eiusce, eiuscemodi, Ipse met, isthic, isthæc, isthuc, mecum, tecum, secum, eccâ, eccâ, ellum meapte, tuapte, suapte, nostrapte, uestapte &c

Composita

Quot sunt accidentia Pro-

nominis?

III

Quatuor. Genus, Persona, Numerus et Casus. Accidentia

Quotuplex est genus in pro-

nominibus?

Quadruplex. Est .m. Masculinum, ut ille; aut
Fœmininum, ut illa, aut Neutrum, ut illud, aut

Commune duum, ut, nostras, uestras, aut etiam
trium, ut ego, tu, sui.

Personæ sermonis in Pro-
nomine quot sunt?

Tres.

Quæ est prima?

Quæ rem tantum ut loquentem demonstrat,
ut Ego.

Quæ est secunda?

Quæ rem significat, ad quã dirigitur sermo,
ut Tu. Ideoq; omnis uocatiuus est secundæ per-
sonæ, quod ad eam sermo, scilicet uocantis, diri-
gitur, ut, Heus tu Daue: & non tantum simpli-
citer appellantis, ut, Tu es Dauus, ubi nomina-
tiuus est. Appellare .n. generalius seu commu-
nius est, quàm uocare.

Quæ est tertia?

Quæ significat aliquid, ut de quo sermo ha-
betur. Sub hac comprehenduntur omnia nomi-
na, pronomina et participia, præter ego & tu:
& uocatiuos.

Quot sunt Numeri Prono-
minum?

Duo. Singularis & Pluralis.

Casus

Casus, ad quorum affirmationem Declinatio pertinet, quæ ex Donato adferenda est.

Quo refers illa, quæ ab alijs
pronomina infinita di-
cuntur?

Linacer, qui, quæ, quod, à pronomine remo-
uet, eius proprio illis denegato: quòd certam
personam non significant. Et Prouocabulum seu
relatiuum nomen appellat, quod substantiæ re-
latiuum est, sicut alia quædam nomina sunt re-
latiua accidentis, de quibus in Nomine dictum
est.

DE VERBO.

Quid est Verbum?

Verbum est pars orationis, quæ modis et tē-
poribus inflexa, esse aliquid agerēue aut pati
significat.

I.
Definitio
Verbi.

Quomodo diuiditur?

Sicut aliæ partes orationis declinabiles, in
species et accidentia.

Vnde sumuntur species
seu genera?

C 4

II.
Genera seu
species.

I. Gene-

I.

I.

Genera uerborum uariè sumuntur, Aut .n. ratione uocis est, uel Principale, ut edo: uel Deriuatum, ut esurio: uel Simplex, ut lego: uel Compositum, ut perlego.

2.

II.

Aut terminationis ratione in tria maximè genera diuiditur. Omne .n. uerbum exit aut in o, ut amo: aut in r, ut amor: aut in m, ut sum.

3.

III.

Aut ratione significationis, unde tria spectantur genera, scilicet Actiuum, Passiuum, & Neutrum.

4.

IIII.

Aut simul significationis & terminationis.

5.

V.

Aut constructionis ratione.

Significationis pariter & terminationis quot constituuntur uerborum genera?

Significationis pariter & terminationis ratione quinque sunt uerborum genera, scilicet Actiuum, Passiuum, Commune, Neutrū et Deponens.

Quid est actiuum?

Actiuum est, quod o finitum, in aliud ceu patiētiens transfundit actionem: transpositisq; patiente

tiente in nominatiuum, & agente in ablatiuium cum à uel ab præpositione, eundẽ sensum passiua uoce reddere potest.

Quotuplex est actiuium?

Triplex.

Primi generis actiua sunt, quæ in tres personas transeunt, & quidẽ in rem loquela prædictam, ut, amo, doceo, me, te, illum. I.

Secundi generis sunt, quæ in tertiam tantum, sed utriusq; numeri transeunt, & quidẽ in id, quod loqui non potest, dicunturq; ὁλοεργητικά. i. actiua absoluta, ut Aro campũ & campos. Per Prosopopœiam uerò et primam & secundam recipere possunt. II.

Tertij generis sunt, quæ in tertiam cognatæ significationis transeunt, ut, curro stadium: uiuo uitam duram. atq; hætenus, dum in certum casum transeunt, actiua sunt: Sine casu autem transitum excipiente posita, ad neutra absoluta pertinent. III.

Quid est passiuum?

Passiuum est, quod r finitum, trãspõsitis personis interpretari retrò actiua uoce possis.

Quot sunt species passiuorum?

Tres.

¶ 5

Prima

I. Prima est eorum, quæ à primo genere affluorum ducuntur, quæ omnes personas & numeros recipiunt: ut doceor. Quò (significationis saltem gratia) & illa neutralia passiva αὐτοπαθὲν καὶ dicta, uapulo, ueneo, fio, liceo: referuntur.

II. Secunda eorum, quæ à secundo ordine affluorum, per tertias utriusq; numeri personas (ut aratur, arantur) ducuntur. Quæ etiam per prosopopeiam primas & secundas recipere possunt.

III. Tertia eorum, quæ à tertio affluorum genere formantur, & tertiã quoq; singularem recipiunt: ut statur. Impersonalia ideo dicta, quod sine patientibus personis à fronte expressis plerumq; leguntur.

Quid est Commune?

Commune uerbum est, quod or finitum, affluorum passiuorumq; significationem complectitur, ut criminor, ueneror, moror.

Quid est Neutrum?

Neutrum est, quod o uel m finitum, nihil ut in patientis personam transfundit: itaq; nec reciprocam interpretationem recipit, ut curro.

Quæ

Quæ sunt eius species ?

Vna dicitur substantiæ, ut Sum, es, est.

Alteræ eorum, quæ Græcis αὐτορῶς ἑτέρα .i. neutra absoluta dicuntur respectu trāsitiuorum, quæ in aliquem casum feruntur.

Hoc genus Verborū quotuplex?

Duplex est.

Alia sunt absolutæ actionis, quib. actio ipso uerbo completa significatur, sine adiectione alicuius casus: ut curro, pluit. Quæ ratione quæcunq; uerba ad quæstiones uerbi ago, uel facio redduntur, cuiuscunq; aliàs sint generis, dum absolute quæstioni satisfaciunt huc referuntur, ut quid agis: scribo, loquor. Alia absolutæ passionis, quibus passio ipso uerbo completa significatur ἰσῆ ισῶα δῆ Græcis dicta, ut palleo, rubeo. Talia plerunq; inchoatiua, uel cōtinuatiua (iuxta Vallam) sunt, ut pallesco, nigresco.

Quid est Deponens ?

Deponens est, quod or finitum passiua[m] significationem obtinet, (quod ex casu, si in quem transit, deprehenditur) ut proficiscor Athenas, uel neutri, ubi sine transitu actio intelligitur, ut, philosophor.

Cons

Constructionis ratione uerbum quotuplex ?

Duplex. Aut est absolutum, quod per se, absque transitu in aliquem casum, sensum absoluit : ut, frigeo.

Aut transitivum, quod in casum aliquem transit, diuersum ab eo, qui ipsum uerbum praecessit, ut, Ego lego Vergilium.

Quot accidunt uerbo ?

III.
Accidentia

Quatuor. Tempus, Modus, Persona & Numerus.

Tempora.

Quid est Tempus ?

Tempus est, quod certam actionis qualitatem secundum prius & posterius demonstrat.

Quomodo diuiditur ?

Diuiditur in tres partes, Praesens, Praeteritum & Futurum.

Quid est Praesens ?

Praesens, quod & instans dicitur, est, quo actio nunc geri significatur, ut scribo.

Quid est Praeteritum ?

Praeteritum est, quod praeterisse significat actionem.

Quotus

Quotuplex est præteritum?

Triplex. Imperfectum, Perfectum & Plusquamperfectum.

Quid est Imperfectum?

Imperfectum, quod prius aliquid agi significat, non tamen absolutam perfectamve actionem esse: ut, faciebam.

Quid est Perfectum?

Perfectum est, quod præteritam absolutamque actionem significat, ut, feci.

Estne huius in passivis terminis
nationibus aliqua distinctio?

Est. Altero .n. tempus proximè præteritum significatur, ut, Pransus sum. Altero ulterius præteritum, ut, pransus fui.

Quid est plusquamperfectum?

Plusquamperfectum, quod præterijisse actionem significat, sed respectu præteriti imperfecti perfectiue significat. (Et non sicut aliàs dicitur respectu perfecti, aliquid iampridem exactum) ut, condiderat.

Quid est Futurum?

Futurum, quod rem in futuro gerendam significat. Estque duplex Imperfectum & Absolutum,

tum, ut, uidero. quod Græci ita circumloquuntur *ὡς ἴσμεν* i. scripsero, Videtur ex præterito & futuro mixtum, ut interpretatio indicat.

Estne alia temporum diuisio?

Est. Et ea quidem Grocini, qui hoc modo tempora distinguit. Vt præsens duplex sit, scilicet Imperfectum, ut scribo; & Perfectum, ut scripsi. Sic & præteritum, ut sit Imperfectum, ut scribebam: Perfectum, ut scripseram. Denique etiam futurum duplex, Imperfectum, ut scribam: Absolutum seu exactum, ut, scripsero.

Modi.

Quid est modus?

Est uoluntas uel affectio animi per certam uocem seu terminationem significata, & expressa.

Quot recensentur modi?

Sex, Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Potentialis, Subiunctiuus, Infinitiuus.

Quid est Indicatiuus?

Indicatiuus

Indicatiuus est, qui rem, ut indicatam, narratamue significat.

Quis est eius usus?

Hunc per interrogationem & dubitationem sæpius

sepiſſimè uſurpamus, aliàs & finiendi, & interrogandi, & fatendi, & pronuntiatiuus dicitur.

Quæ recipit hic modus tempora?

Hic modus omnia recipit tempora, discretis etiam uocibus.

Recita tempora & discretas eorum uoces?

Præſens in prima perſona ſingularis actiue ſinitur per o.

Præteritum imperfectum per bam.

Perfectum, i.

Plusquamperfectum, ram.

Futurum imperfectum, bo, uel am.

Futurum exactum, cum alijs modis, & potiſſimum cum ſubiunctiuo commune, habet ro.

Quid eſt imperatiuus?

Imperatiuus, qui rem ut imperatam iuſſamue ſignificat. Imperatiuus.

Quare prima perſona hic modus deſtituitur?

Huic

Huic modo ex personis prima non datur : quod nemo sibi, ut loquenti commodè imperet. tertia tamen datur, sed nunquam sine secundæ consortio.

Quare Futurum in hoc modo deficit?

Ex temporibus futurū imperatiuus nō habet : quod ad gerendum aliqd opinione saltem imperantis semper sit imperatio, quæ uidelicet coram significat, quid uelit iam factum, uel fieri adhuc : siue in instanti, siue in futurum. Ideo talia aduerbia admittit, ut nunc, cras.

Quæ habet tempora?

Duo recipit tempora, sicut Hypotheticus seu

I. Authypotastus, qui imperatiuo adnumeratur, Præsens scilicet, Præsens sub duplici terminatione in se sub duplici cunda persona aſſiue uocis, ex indicatiuo formatione mata (sicut & secunda pluralis) ut sunt A, E, I. ne.

Vel syllaba to, etiam in tertia adiecta, ut ama, amato tu, ille: doce doceto, lege uel legito, audi uel audito. In plurali, te, additur, & fit ab amato amatote. Tertiæ personæ utriusq; numeri, in priori quidem terminatione cum subiunctiuo conueniunt, ut amet & ament: In altera uerò terminatione in to, tertia pluralis ex tertia plurali indicatiui

indicatiui, o adiecto, formatur : ut amanto, docentio, legunto, audiunto, sunt, ab amant, docent &c.

II.

Et præteritum terminationem habet præteriti perfecti subiunctiui, ac potius perfectio absolutioq; quam actio ulla præterita hoc tempore significatur, Vt, nihil incommodo ualitudinis tue feceris. Nullum addideris uerbum. Dictum sit &c.

Præteritum

Quis est præterea huius
modi usus?

Permissio interdum, in tertia persona tantum significatur, ut eat, eant, unde Permissiuus dicitur : habetq; tempora præsens & præteritum perfectum, prætereaq; plusquamperfectum, non minus quam apud Græcos.

Permissiuus.

Da exemplum perfecti ?

Vt in illo Vergilij. nec illos Iuueris auxilio.

Da exemplum plusquamperfecti.

Idem. Verum anceps pugnae fuerat fortuna, fuisset .i. permetteretur ut esset.

Hypothetitus quoq; imperatiuo cōiungitur, & est quum nos unā cum alijs ad aliquid sube-

Hypothetiticus.

D

undum

undum submittimus. unde submissiuus & etiam adhortatiuus dicitur, & primam personam multitudinis duntaxat recipit, ut, eamus, & in media arma ruamus.

Quid est Optatiuus?

Optatiuus. Optatiuus est, qui rem uelut optatam significat: nec refert facta ne sit, an fiat, uel facienda sit, incerta tamen esse ei, qui optat, omnino uidetur. & sine uel cū optandi particula, ut, Vtinam, tantundem per eum significatur.

Quid est Potentialis?

Potentialis Potentialis, quem Græci per ἄρ & similes particulas significant, & exponitur per uerbum possum, debeo, uolo. Aliās indicatiui. aliās optatiui modi, & sepe etiam per interrogationem usurpatur, & sub infinita particula.

Quid est Subiuncti-

uus?

Subiuncti-
uus. Subiunctiuus, qui alteri semper uerbo, & plerumq; coniunctioni uel relatiuo qui, uel infinitæ particulae est subiunctus, ac indicatiui significationem maximè representat.

Hi tres modi, quid inter se commune, aut proprium habent, quo inter se differunt? Op

Optatiuus, Potentialis & Subiunctiuus in temporibus & expressis terminationibus inter se congruunt, uidelicet, Præsens, em uel am finit.

Imperfectum rem.

Perfectum rim.

Plusquamperfectum sem.

Futurum ro.

Passiuum uero Subiunctiuū futurum geminam periphrasin recipit ex futuro indicatiui, Ero, & Subiunctiuo, fuero, uerbi sum, ut amatus ero uel fuero.

Differunt autem significatione, iuxta quam in tres modos distinguuntur.

Quid est Infinitiuus?

Infinitiuus est, qui agere, aut pati significat, Infinitiuus. sed extra omnem numeri aut personæ differentiationem.

Quot habet tempora?

Quinq; habet tempora, sed ea coniunctim: Præsens & Imperfectum Vna, in re, terminatione: Perfectum & plusquāperfectum Vna in se.

Habet ne Infinitiuus propria futura?

D ñ Futu

Futurum unicum reperitur, fore. Reliqua tum actiua, tum passiua periphrasi efferuntur, participijs per omnia genera & numeros uariatis pro ratione eorum, quib. adherent, ut, Amaturum uel amaturam esse, amatueros uel amaturas esse, amandum uel amandam esse. Etiam in nominatiuo amaturus, amatura, rum esse, amandus, da, dum, esse. præter tertium passiuorum genus, in quo hæc futura, neutra tantum uoce proferuntur, ut, amatum iri, cum similibus, quæ futuris passiuorum Isodymana sunt potius, quàm uera futura. Non tamen eorum actiua amatum ire & similia tantum ualent, quantum Actiuum futurum amaturum esse, sicut Donatus posuit.

Quot sunt personæ uerborum ?

Personæ. Personæ in uerbis tres sunt. Prima, quæ de loquente dicitur, ut, lego.

Secunda, quæ ei, ad quem fit sermo, accommodatur, ut, legis.

Tertia, quæ ei, de quo loquens agit, conuenit, ut, legit.

Numeri quot ?

Numeri. Duo. Singularis, qui de nominib. & pronominib. singularibus dicitur : Multitudinis, qui de pluribus.

DE PARTICIPIO.

Quid est Participium ?

I.

Participium est pars orationis, quæ partem capit à nomine, partē à uerbo, partem ab utroq; capit. n. à nomine genera & casus, à uerbo tempora & significationes, ab utroq; numerum & personam.

Participiū
Quid sit.

Ratione uocis qualia sunt ?

II.

Participia ratione uocis omnia sunt deriuata ex suis uerbis, ideoq; illis statim subiiciuntur. Species.

Ratione significationis quorū duplex est Participium ?

Triplex. Sunt n. participia aut Actiua, aut Passiua, aut Neutra.

Quot sunt participia actiuæ significationis ?

Tria. Præsens in NS, ut amans (in actiuis)
Futurū in RUS, ut amaturus (et neutris).
Præteritum in TUS uel SUS, ut locutus,
orsus in deponentibus, quæ tria habent participia, præsens, præteritum, & futurum, ut loquēs, loquutus, loquuturus.

D 3 Pa

Passiue significationis quot sunt Participia ?

Sunt itidem sicut actiue uocis tria, sed præsens & futurum sub una uoce in *du*s, effertur, & Præsens quidem esse intelligitur hoc participium in *du*s, quando per uerbum præsentis uel imperfecti tēporis resoluitur, ut in ablatiuo consequentiæ, legendis nostris .i. *dum* nostra leguntur. Ramo heri diffringendo .i. *dum* diffringebatur. Et in nominatiuo, ut, Voluenda dies .i. quæ uoluitur, idq; rariu.

Futurum uerò existit, quando per uerbum futuri temporis interpretandum est, Vt, Vergilio *cras enarrando tu discēs* .i. *dum* enarrabitur.

Præteritum in TVS, SVS, uel XVS, amatus, latus, flexus. Huc & communia, in passiua significatione, referenda sunt, sicut ubi actiue significant ad actiua pertinent: & utriusq; generis participia recipiunt. ut, *criminatus*, *criminatus*, *criminaturus* & *criminandus*, quod una uoce præsentis & futuri temporis est.

Neutrorum quot sunt Participia ?

Neut

Neutorum quoq; sicut actiuorum tria sunt participiorum tempora.

ab illis tantum uerbis fiunt,
Præsens, ut sedens \ quæ terminatione et signi-
Futurū, ut sessurus / ficatione neutra sunt, ut a
sedeo, sedens, sessurus.

Præteritum, ut profectus, in neutris deponen-
tibus quæ tria hæc participia ex se formant: ut
à proficiscor, proficiscens, profecturus & pro-
fectus.

Huius formæ participia, etiam ex actiuis &
neutris quibusdam obseruantur: ut, ausus, ga-
uisus, solitus, fissus, cœnatus, pransus, pertasus:
quorum uerba ueteres transgressiua uocarunt:
posteriores neutropassiuæ. Talia sunt & li-
citur, placitū, libitum, complacitum.

Quot sunt accidentia parti-
cipiorum?

Quinq; Genus, Numerus, Casus, Perso-
na & Tempus.

III.
Accidentia

Tempus quotuplex?

Triplex. Præsens, Præteritum & Futu-
rum. &c.

DE PARTICIPIALI VERBO.

Quæ uocantur Participi-
alia uerba?

Participialia uerba uocantur, quæ aliàs Gerundia uel Supina dicta sunt, atq; sic appellantur, & quòd participijs similia sunt, & ad differentiam participialium nominum. Atque ideo potius participio, quàm uerbi modis annumeranda sunt: quòd participiale uerbum, sicut participium capit à nomine genera & casus: à uerbo agendi, uel patiendi, uel neutrius significationem.

Quæ sunt horum termin-
nationes?

Sunt quinque, uidelicet di, do, dum, um, u.

Quæ est uerborum participi-
alium in di, do, dum sig-
nificatio?

Duplex eorum est significatio. Significat .n.
& actiue & passiue.

Quando actiue significat?

Quando

Quando actiue usurpantur, tunc nec certum numerum, nec personam habet: constructionemq; suorum uerborum seruant, ut, uenio ad specularandum arcem.

Quando Passiue :

Passiue significantia absolute ponuntur : nisi cum datiuo iungantur, neq; sicut participia cum proprijs uel appellatiuis nominib. iuxta regulam adiectiuorum intransitiue construuntur, atq; etiam significatione à participijs diuersa sunt: ut, Vritq; uidendo foemina. s. aliquem, aut uirum. i. dum uidetur ab illo. Aliter significat quā intransitiue appellatiua adiungitur & participium existit : ut uidendo uiro. i. dum uidetur uir uir illum, quod similiter usu uenire non experitur.

Participialia uerba in VM

& V, quam habent significationem:

Participialia uerba in VM actiue significant, ut uenio spectatum. i. spectare : uel ut spectem.

Participialia autem uerba in V. passiue significant, ut, facile dictu. i. dici, uel ut dicatur.

Quod est discrimen inter participialia uerba & uera

participia: D v Pri:

42 DE PARTICIP. VERBO.

I. Primum discrimen est, quo participialia uerba, à ueris participijs, à passiuo, præsertim in Dns & alijs discernuntur. Quod ea non solum ex certis uerbis (sicut participium in Dns, tantum ex passiuis & reliqua similiter ex suis uerbis formantur) sed ex omni uerborum genere deduci possunt.

II. Secundum, quòd nec certum significatum, ut participia habent, quorum in Dns semper tantum passiuè significat, sed hæc modò actiuè, modò passiuè significant.

III. Tertium, quòd nec temporum discrimina discretis uocibus recipiunt, ut tria participiorum genera.

IIII. Quartum, quòd nec certos numeros & personam, sicut participia admittunt, cum infiniti significatio ipsis insit.

V. Quintum, quòd nec omnes casus, sed tantum obliquorum terminationes in singulari numero, & cum illa differentia recipiunt, quòd gerundi casus in o communis: participij uerò semper longus sit, nec sine appellatiuo, cui intransitiuè iungatur, subsistere possit: ille uerò etiam absolute ponatur passiuè significans.

VI. Quodq; id demum ueteres participiale, uel gerundi uerbum appellarunt, quo Græcorum infinitus

infinite modus cum articulo, per omnia uerborum genera, latine exprimitur, ut, τὸ ζῆν ἐνεκα. i. uiuendi causa: ἐν τῷ ὁρᾶν, in uidendo, active. ἐν τῷ ὁρᾶσθαι in uidendo, passive. μεταξὺ τῶν γινώσκειν inter cognoscendum. participia autem Græca suis participijs Latinis redduntur, ut, τὴν τῶν uerberans, τὴν τὸ μωρόν ὡς τυφῶν ὁ μωρόν uerberandus,

DE PARTICIPIALI NOMINE.

Quid est Nomen participiale?

Participialia nomina uocantur participia ipsa, quoties à propria significatione (qua rem seu significatum uerbi, cum certo tempore, casu & constructione significant) sunt mutata.

Quæ participia & quando fiunt nomina?

Primum

44 DE PARTICIPIALI NOMINE

Primum ex præsentibus, actiue uocis participijs, fiunt nomina participialia: quorum quedam sunt communis generis, quoties pro uerbabilibus in tor uel trix usurpantur, & genitiuis iunguntur, Vt, fugitans litium, appetens alieni. quibus etiam, ut communis generis annumerentur, continens pro continuus, & alia.

Quedam Neutrius sunt generis, ut, accidens, contingens, antecedens, consequens.

Quedam Masculini, ut, oriens occidens pro ortu & occasu. profluens pro flumine.

Quedam Fœminina, ut, continens, pro terra, quæ non est insula. consonans &c.

Deinde ex præteritis passiuis fiunt nomina participialia cum in uoce passiuæ actionem significant, ut, circumspectus, consideratus, discretus, cautus, tutus, ignotus, argutus, falsus, contentus, tacitus, profusus, fluxus, scitus. i. elegans &c. Aliàs quando suam passiuam significationem retinent participia manent.

Similiter ex futuris in RVS, quoties (ut Laurentio placet) non tempus innuunt, sed qualitatem atq; animi uoluntatem, uel potius per debens, uel potens interpretanda sunt: ut, non taciturus i. non uolens, uel debens tacere.

Postremò & futurum in dus Participiale nomen

men fit, quoties simili modo per debeo, uolo uel possum est exponendum, & Græcè per ea, quæ in eos finiuntur, est uertendum, ut eiiciunda hæc mollities ex animo: sic græci φιλιτέος, έα, έορ. Atq; eodem quoq; in loco nonnūquam & participiale nomen, & participium esse potest, ut, ecce iterum Crispinus adest mihi sæpe uocādus .i. qui sæpe à me uocari debet, uel uocabitur.

DE PRÆPOSITIONE.

LIB. I.

Quid est Præpositio?

Præpositio est pars orationis, quæ nominibus aut uerbis extra compositionem apposita, certā eorum, quibus additur, habitudinem, seu qualitatem, ut loci, termini, ordinis, causæ, uel actionis determinat. fereq; ijs, quibus iungi solet, præponitur, uel Appositione: ut ad patrem, uel Compositione, ut adeo. deq; hoc præpositionis usu in compositione agit hæc altera definitio.

Præpositio est pars orationis, quæ præposita alijs partibus, significationem earum aut complet, aut mutat, aut minuit, ut, admiror, aufero, subrideo.

I.

Præpositio
quid sit.

Quot

Quot sunt Præpositiones?

II.

Numerus Præpositiones extra compositionem usu re-
et diuisio ceptæ, sunt numero plus minus quinquaginta,
præpositio Quæ usitatè ex suis casibus, quibus in constru-
num. ctione inseruiunt, distinguuntur: quod aliquæ ac-
 cusatiuo, aliquæ ablatiui, aliquæ utriq; casui
 inseruiant.

Quæ inseruiunt Accusatiui?

Accusatiui casus præpositiões sunt Ad, apud
 ante, aduersus uel aduersum, cis, citra, ultra, cir-
 ca, circiter, contra, erga, extra, intra, inter, infra
 iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope, propter,
 præter, secundum, supra, secus, trans, uersus.

Explica cuiusq; significationem.

Ad. AD propriè significat motum, seu accessum
 ad aliquid, ut, ad te ibam. Deinde per Enal-
 lagen significat iuxta uel prope, apud, propter.
 contra utilitatem uel aduersus, comparisonem,
 circiter, circa, uersus, ante, in, post, accessionem,
 uel ultra: præterea actioni iungitur, et alia sig-
 nificata habet, per quæ suis in locis exponitur. si-
 cut exempla in tabula præpositiōis ostendunt.

Apud. APUD Differt ab ad: quia post uerba mo-
 tus (ut sunt adeo, accedo, et similia) non ad-
 hibetur: referturq; tum ad Locum, Ut, apud fo-
 rum

rum modo de Dauo audiui, tum ad Personam :
ut, cum triduo cum Pompeio, & apud Pompe-
ium fuisset. Deinde idem quod à significat: ut,
quæ apud maiores nostros factitata sunt, pro, à
maioribus nostris. &c.

ANTE particule post opponitur, & ad Ante-
rem ac tempus refertur: ut, ante osium, ante il-
lum stetit, ante tempus, ante me uenisti. etiam pro
coram accipitur, ut, ante tuos oculos .i. coram
tuis oculis. &c.

ADVERSUS, ut communis pro Erga, Aduersus.
Contra, & E regione ponitur, ut id gratum fu-
isse aduersum te, habeo gratiam, pro erga te.
Ego te complures menses aduersus meum inge-
nium tuli. pro contra meum ingenium. Lernia
aduersus Antipolim .i. è regione. sic & contra.
ut, Italiam contra .i. è regione.

CIS, cui aduersatur, uis quæ iam exoleuit, Cis.
iungitur nominibus montium & fluuiorum: cis
Alpes, cis Rhenum, Gallia Cisalpina, Transal-
pina. etiam alijs: ut, cis naturæ leges .i. minus
quàm ferunt naturæ leges.

CITRA, cui opponitur Ultra, iungitur Citra. ultra
tum ijsdē quibus cis, idēq; ualet: ut, qui sunt citra
Rhenū. Cæs. tū alijs: ut citra forū, citra templū,
cis

cis uel citra definitum tempus : ultra definitum tempus. Deinde significat Sine, intra, ante. ut Quintil: tum nec citra musicen, grammatica potest esse perfecta .i. sine musica: pro intra sed ut ad rem referatur, non ad locum : edi citra cruditatem, bibi citra ebrietatem .i. intra uel infra, ut in cruditatem, uel ebrietatem non inciderim. Citra calend. Martij debitum est soluendum, itē citra spectaculorum dies Sueton: pro ante Cal: &c.

Circiter. CIRCITER refertur & ad Tempus: ut circiter Calend: Sextileis. & ad Numerum: ut, ut circiter duo milia in bello desiderati. Etiam ad Locum nonnunquam, ut, est in eo loco, aut circiter.

Extra. EXTRA significat & foris esse : ut, Iliacos intra muros pugnatur, & extra. & praeter : ut extra unam ancillam nec quisquam aderat.

Intra. INTRA opponitur extra : & intus esse significat: ut intra naues, intra corpus. Deinde per citra, uel non ultra, uel non excedens terminos, redditur : ut, intra modum: intra spem ueniae cautius : intra uerba desipiunt .i. in uerbis tantum, & non ulterius procedunt, sicut alij, qui consurgunt. Cel:

INTER

INTER, pro in medio, inuicem, in coetu, Inter.
 in tempore. Vt, inter naues. i. in medio nauium,
 uel spacio intermedio, quod est inter naues.
 Conuersi q; oculos inter se atq; ora ferebant i.
 inuicem, uel in se ferebant. inter uicinos i. in
 coetu uel societate, aut etiam numero uicinorum.
 inter quietem i. in tempore quietis &c.

OB, significat Propter & Ante, ut, cun- Ob.
 flus ob Italiam terrarum clauditur orbis. mors
 ob oculos saepe uersata i. ante oculos.

PENES ad Personam refertur, & domi- Penes.
 nium ac potestatem significat, ut, Me penes est
 unum uasti custodia mundi i. in mea potestate
 est. Deinde etiam ad locum aliquando refer-
 tur, ut, penes scenam exercitatus est. Cic.

PER, proprie transitum ad aliquid signi- Per.
 ficat, referturq; & ad Locum, ut, per tramites,
 per impluium. & ad Tempus, ut per noctem.
 Deinde per Enallagē periphrasis est, solius, qua-
 si sine alio, ut, reliqua per nos agemus. Etiam
 causam, uel impedimentum significat: Atq; in
 iureiurando & obtestando adhibetur. Præterea
 idem quod, sub, In, Ad, uel in significat. Sicut
 exempla in tabula declarant.

PROPTER est Causæ effectricis nota: ut Propter.
 te propter Libicæ gentes Nomadumq; tyranni,

50 DE PRAEPOSITIONE

Odere infensi Tyrij &c. Item prope uel iuxta significat : ut propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua. Propter te sedet.

Præter, PRAETER, Exceptionem significat, ut, præter laudem nullius auarus. Item pro contra supra uel ultra, & ante, usurpatur : ut, præter spem .i. contra. Quia erat præter cæteras egregia forma & liberali .i. supra uel ultra. præter oculos soli ferebant .i. ante oculos.

Post. POST refertur & ad Rem, ut, tu post ca reſta latebas : & ad Tempus : ut, post ea, post illa .i. post ea uel illa tempora, Sic post hominum memoriam .i. post id, quod homines pos sunt meminisse.

Secundum. SECUNDUM significat uel iuxta: ut duo uulnera accepisse, Vnum in stomacho, alterum in capite, secundum aurem.

Vel, Post, ut proximè secundum deos, homines hominib. maximè utiles esse possunt.

Vel, Pro, ut, secundum te litem do.

Vel, In, ut secundum quietem .i. in quiete.

Vel, Per, uel iuxta: ut, Scribis tamen tibi in animo esse obseruare Cæsarem, si secundum mare ad me ire cœpiſſet.

Vel, Super, ut : Secundum ea deliberetis.

Vel, imitationem : secundum Pythagoram : etiã

græcò more, κατὰ, secundum Platonem, secundum consuetudinem, Quod genus aliqui per iuxta proferunt.

Præterea normā, regulā uel modum significat, ut, Obedientia secundū omnes leges, reddet unicuiq; secundum opera sua, Viuere secundum naturam &c.

I V X T A uel secus uiam : iuxta Platonem. Iuxta. Iuxta Aristotelem.

S V P R A opponitur Infra, pro ἐπ' αὐτω, Supra. Olli cæruleus supra caput afflitit imber. Et Ultra, ut, uiginti supra centum. i. ultra centū.

Sic etiā PONE opponitur ante, ut ante et po Pone, ne castra.

V E R S V S situm significat: ut uersus ortū. Versus.

Quæ inseruiunt Ablatiuo:

A, ab, abs, absq; cum, coram, de, è, ex, A. pro, præ, palam, sine, tenus.

Explica cuiusq; significationem.

A, significat motum à loco, ut, Et Argiua phalanx instructis nauibus ibat A Tenedo.

Deinde significat agentem causam, ut, Victus à Scipione.

Post, ut, Virus equi à coitu statim collectum.

De, ut, à Villa mercenarium uidi.

Pro, cum uim habet defensionis: ut à Senatu & à bonorum causa stetit, contra ciuium perditorum dementiam.

ἕνεκα, siue quantum ad: ut, flagitiose sumus imparati, cum à militibus, tum à pecunia.

Interuallum: à milibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabant .i. interuallo duum milium passuum.

Versus: quod à sole fuit, in his melius quàm quod à terra .i. uersus solem, uersus terram positum fuit.

Separationem: Abhorret à bello. Aliter in illo, amplitudo cornuum multum, à nostrorum bouum cornub. differt.

A parte: à labris argento circumcludunt.

Ministerium ceu seruitutem, à manu, à pedib. à studijs, à commentarijs, à rationibus, per circuitionem, pro seruo uel ministro qui præest studijs. &c.

Item à paruo te noui .i. cum adhuc esses paruus. à nobis est .i. ex domo nostra. ab aliquo soluere .i. ab alio pro se: à se soluere .i. de suo.

Ab, Abs.

AB, ABS, Synonyma sunt cum A: usu tamen differunt. Ab sequentibus uocalibus etiam consonantibus, quæ non malè sonant adhibetur: ut, ab omnibus: ab summo. Abs uerò ante q, et te

te: ut, abs quibus, abs te.

ABSQUE, pro sine accipitur: ut absque Absq.
eo esset rectè.

CUM, comitatum significat, ut, Feror exul Cum.
in altum cum socijs. Aliquando instrumentum,
qua ratione semper tacetur.

CORAM: in conspectu: ut coram patre, Coram.
coram genero meo, propinquo tuo.

DE, significat uel Materiam circa quam, De.
siue ~~res~~, ut, scripsit de grammatica. Deinde à
uel ex, ut, liceret sibi discere id de me, clamat de
uia. Item propter, ut letus est de amica. de
uia fessus.

Secundum uel pro, ut, de more. id ego ita fi-
eri uolui de C. Duronij sententia.

Per, ut, Vigilas tu de nocte, ut tuis consulto-
ribus respondeas. surgunt de nocte latrones.

Quantum uel quod ad. de familia quomodo
amicis placuisse scribis, faciemus.

Post, ut, de media nocte missus est equitatus,
cum de tertia uigilia castra mouissent.

E, uel EX ad materiam referuntur, ut, in E, Ex.
foribus pugnam ex auro, solidoq; elephāto etc.
Ponitur & loco Post, uel ab, ut, Tempore iam
ex illo casus mihi cognitus urbis.

Secundū, uel Pro, ut, ex dignitate. ex usu. è Rep.

54 DE PRAEPOSITIONE.

A, uel In : ut, ex uinculis causam dicere.

A. uel per, ut, grauida ex Pamphilo est.

Propter : ut, In Narniensi uero balneum est etiā ex epistolis meis.

Præterea Culpam, uel uitium significat: ut, è re-
nib. laborat : è dolore.

Pro.

PRO causam significat : ut ego te pro istis
dictis, scelus, ulciscar.

Deinde Ante : ut, nisi Catilina pro Curia signū
dare maturascet. Salust: Quasi rationem ac mo-
dum : ut, pro multitudine hominum, & gloria
belli &c. pro se quisq;.

In, ut, pro tribunali.

Veluti loco alicuius, uel iure: ut Pamphilum pro
uxore habere hanc peregrinam, pro filio habe-
re, Non autem rei ueræ, in hoc significato præ-
ponenda est: ut, si sit uerè filius, non dicat quis,
se habere pro filio.

Item, hoc tibi pro seruitio debeo.

Quasi in defensionem uel auxilium, ut, Sta-
bant pro tēplo. Mulciber in Troiam, pro Troia
stabat Apollo, Cicero pro Milone, pro Rabirio.

Præ.

PRAE significat Ante : ut præ se armentum
agens nando. Sic &, Præ me fero. Præ te fers.
Deinde significat Propter, uel ob, ut, præ ne-
quitia Apulei, præ luxuria cuncta profuderat.
præ amore

Quasi

quasi in Comparatione: paruum Albam præ ea quæ conderetur fore.

Præter, ut, Videtis, ut omnes deficiat, ut hominem præ se neminem putet. Cice.

Sic iungitur Et cum Quam: ut, Sed hoc pulchrum est, præquam ubi sumtus petunt. Et cum Vt, ludum iocumq; dixeris præut (.i. præter quæ) huius rabies, quæ dabit .i. in collatione.

Quæ inferuiūt utriq; casui, videlicet Accusatiuo & Ablatiuo:

trino:

Vtriq; Casui inferuientes sunt reliquæ, In, Sub, super, Et subter. Item clam Et tenuis, quib. Et procul annumeratur. Quarum variae significationes, Et quomodo, uel pro diuersa significatione, uel etiam in eadem significatione constructionem uariant, in quinto libro explicatur.

DE ADVERBIO.

Quid est Aduerbiū?

Aduerbiū est pars orationis, quæ ut proprij uel appellatiui adiectiui, sic ipsa uerbi maxime, aliquando etiam adiectiui significationem determinat uel destruit, ut recte facis, nō scribis,

E 4

ualde

I.

Aduerbiū
quid sit.

ualde grauis, non grauis. hoc etiam appellatiuis
indefinitè acceptis additur, ut, non homo.

Quæ sunt Aduerbij genera seu species?

II.

Species seu
Genera.

Aduerbia etiam sicut nomina, quibus conferuntur, Ratione uocis sunt aut Principalia, ut, cras, heri &c. uel Deriuata, ut, humaniter, fortiter, fortius, fortissimè, strictim. &c. aut simplicia, ut prudenter, uel Composita, ut imprudenter. Ratione autem significationis multa sunt aduverbiorum genera.

Nunc ea ordine recense, ac cuiusque
suas particulas subiice.

Quæ sunt localia & quotus plicitia?

I.

Loci.

Localia sunt duplicia. aut .n. interrogatiua sunt, ut ubi? unde? quo? quorsum? quæ? aut reditiua, quæ ad ea redduntur.

Quæ redduntur ad interrogatiuum Vbi?

Ad interrogatiuum Vbi? redduntur. Hic, isthic, illic, ibi, intus, foris, ubique, utrobique, passim, usquam, nusquam, neutiquam. Item supra, infra
subtus

subtus, extra, intra, quum casu suo amisso, in ad uerbia migrant.

Ad Vnde quæ redduntur ?

Redduntur ad Vnde : Hinc, abhinc pro ab hoc loco, isthinc, illinc, inde, eminus, cominus, alicunde, undecunde, undequa; undecunq; in-
didem .i. ex eodem loco. Item superne, inferne.

Quæ ad interrogatiuum

Quo?

Ad Quo? respondent. Huc, isthuc, illuc, eò il-
lò, aliquò, quoquò, quocunq; intrò, foras. Vsq;,
quod absolutionem spaci; significat, tum in loco
ut, usque ad Cordubam. tum etiam in tempore,
ut, usque ad noctem.

Quæ ad quousq; ?

Ad quousq; : Hucusq; isthucusq; illucusq;,
eiusq; &c. quando locum significant.

Ad interrogatiuum Quorsum quæ reddis?

Ad quorsum : Horsum, isthorsum, illorsum,
prorsum, rursum, quoquouersum, quaquaersus
pessum, sursum, deorsum.

Quæ ad Qua respondent?

Redduntur ad Qua : Hàc, isthàc, illàc, qua-
quà, quacunq;.

Quæ redduntur ad Quo, & Vnde?

*Ad quò & unde coniunctim Redditiua sunt,
Syniuncta ultro citroq;.*

2.

Da Aduerbia temporis?

Temporis.

Temporis aduerbia rursus sunt duplicia. Interrogatiua scilicet, ut quando: quamdudum: quampridem: quamdiu: quoties: quousq; & Et redditiua, quæ his redduntur.

Quæ ad Quando red- duntur?

Ad interrogatiuum temporis Quando: redduntur: Heri, hodie, cras, pridie, postridie, perendie, nudiustertius, nudiუსquartus, quintus, sextus, septimus, & deinceps. Diu, noctu, interdii, nunc, iam, nuper, aliquando, aliàs, olim, pridem, dudum, quod & de breuitate, & quæque de longitudine temporis dicitur. Item tum pro tunc, quum, interim, interea, serò, tempori, serius, temperius, prius, posterius, statim, continuo, protinus, illico, antehac, posthac, commodum, primum, cumprimum, quàmprimum, utprimum, euestigio, extemplo, astutum, repente, de repente, subito, ocyus.

Qua

Quæ ad Quamdu- dum?

Ad Quamdudum & Dudum, uel non ita du-
dum, sicut ad quampridem: pridem, non ita pri-
dem &c.

Quæ ad Quamdiu?

Ad Quamdiu: respondent, Tantisper, pau-
lisper, aliquantisper, parumper, semper, usque
pro assidue, æternum, ætatem, diu, iamdudum,
iampridem, iamolim.

Quæ ad Quoties respon- dent?

Ad Quoties: sæpe, raro, subinde, identidem,
plerumq; quotidiè, indies, quotannis, nunquam
toties. Et numeralia. Semel, bis, ter, quater,
quinq;ies, sexies, & deinceps millies, pluries, in-
finities.

Quæ ad Quousq;?

Ad Quousq;: quod de absolute & dura-
tione temporis quærit, redduntur, Adhuc, Etiam
pro adhuc, hactenus, in diem .i. spaciū unius
diei, uel in dies aut horas .i. per singulos dies
& horas, & plerumq; cum incremento: Atq;
etiam simpliciter tantam pro die ac hora acci-
piuntur, æternum, semper, ætatem. Mul-

Multa autem ex his (quum uidelicet durationem temporis significant) ad Quamdiu: redduntur.

Da Aduerbia ordinis?

3.
Ordinis.

Ordinis Aduerbia sunt, Inde, deinde, dehinc, deinceps, nouissimè, postremò, inprimis, primum iamprimum, inuicem, & uicissim pro secundo loco, ad summum, in summa, omnino, & deniq; demum, tandem, quæ etiam sermonis absolutiorem cum celeritate nonnunquam indicant, quorum uice interdum fungitur, breuiterq;.

Quæ sunt Diuidendi?

4.
Diuidendi.

Diuidendi siue diuisiua recensentur: bifariam trifariam, multifariam, aliquotfariam.

Dic Interrogandi.

5.
Interrogandi.

Interrogatiua siue interrogandi sunt: cur, quare, quin pro cur non, quianam pro cur, quidnam, quamobrem, quando, ecquid pro aliquantulumne: quò, pro ad quem usum, unde, quantum, & quàm pro quantum. Hæc omnia non minus quàm interrogatiua nomina, cum nihil quærunt infinitè subiunguntur; ut scio cur ueneris.

Infinita Particularia & Vniuersalia quæ sunt?

Ea sunt

Ea sunt, Quamlibet, quantumcunq; quan-
tumlibet, quantumuis, & quamuis pro quan-
tumuis.

Infinita
Particula-
ria et Vni-
uersalia.

Quæ uocandi dicis?

Vocandi, ut, Heus.

7.
Vocandi.

Da Respondendi.

Respondendi, ut, Heu.

8.
Respondē
di.

Da Negandi.

Negandi recensentur: Non, haud, nequaquam
ne pro non, parum pro non, uel non satis.

9.
Negandi.

Quæ sunt affirmate respon-
dendi?

10.
Affirmatē
respōdendi

Affirmatē respondent, Etiam, sic, ita, quidni-
ſc.

Dic concedendi Aduerbia?

11.

Concedendi uel de opinione cedentis sunt, Concedēdi
quidisthuc, licet, esto. Quid isthuc, si ita animum
induxti tuum.

Da Asseuerandi.

12.

Confirmationis siue Asseuerandi sunt, certē, Asseuerādi
profecto, planē, sanē prorsus, adeo, nempe, usq;
scilicet, uel licet, illicet, nā, quidem pro certo,
equidem,

Quæ

Quæ sunt iurandi Aduerbia?

13.
Iurandi.

Iurandi sunt: Hercle, mehercules, pol, ædē, pol, castor, diusfidius, mediusfidius.

Quæ sunt Hortandi?

14.
Hortandi.

Hortandi sunt, Eia, age, agite, agedum, eho-
dum, sodes, sultis, amabo, amabo te.

Dic Optandi.

15.
Optandi.

Optandi sunt: utinam, si, o si, Atq; hæc sic à uerbis optandi differunt, quod uerba rem aliquam definitam cum optandi affectu significant; Hæc uerò eorum notæ uelutiq; nomina sint.

16.

Da Prohibendi.

Prohibendi

Vnum recensetur prohibendi, Ne.

Da Exclusionis.

17.
Exclusionis

Exclusionis siue solitudinis dicta numerantur, Tantum, solum, modo, tantummodo, duntaxat, demum.

Recense congregandi.

18.
Congre-
gandi.

Simul, unā, pariter, uniuersum, coniunctim; quibus affinia sunt, uniuersaliter, generaliter, in uniuersum, in totum, generatim.

Nega

Negatæ solitudinis quæ sunt?

19.

Non solum, non tantum, non modo, nedum.

Negatæ solitudinis.

Separandi quæ dicuntur?

20.

Separandi dicuntur, seorsim, segregatim, priuatum, egregiè, specialim, nominatim.

Separandi.

Quæ sunt diuersitatis?

21.

Diuersitatis sunt, aliter, secus.

Diuersitatis.

Eligendi quæ?

22.

Potius, potissimum, imò, satius.

Eligendi.

Da qualitatis?

23.

Doflè, pulchrè, fortiter, sapienter, prudenter &c.

Qualitatis.

Da quantitatis?

24.

Quantitatis sunt: Parum, minimè, maximè, ad summam, longissimè. Item modicum, paululum, minimum, plurimum, nisi potius nomina sint, ὡς ἐπὶ τὸ πλεον, quod plurimum ueteres dixerunt, & non ut plurimum.

Quantitatis.

Da Comparandi.

25.

Comparandi: ut magis, minus, minimè, maximè, et collationis alia quadā ratione, tanquam tantū quantum. Item æquè & ac, cū pro tam & quam accipiuntur, sed propriè in quantitate.

Cōparandi

Quæ

Quæ sunt Intendendi?

26.
Intendendi

Intendendi sunt: ualdè, perquàm, longè, prorsus, penitus, omnino, magnopere, impensè, impen-
diò, apprimè, benè, malè, peius, pessimè, admo-
dum, adeo, & imprimis pro ualde.

Quæ remittendi?

27.
Remittendi.

Sensim, paulatim, pedetentim, uix, egrè.

Rei non plane peractæ
quæ sunt?28.
Rei nō pla-
nè peractæ

Penè, ferè, temerè, propemodum, tantum non,
modo non.

Da demonstrandi?

29.
Demonstrā-
di.

En, ecce, & συντινῶς sic.

Explanandi recense.

30.
Explanādi.

Explanandi siue declarandi, quæ Græci δῖα
σάφηνσιν uocant, sunt, Id est, hoc est, siue.

Quæ sunt Dubitandi?

31.
Dubitandi.

Forsan, forsitan, forsit, fortassis, fortasse, fors.
Hisq; utimur ubi incertum est, facta ne res sit,
nec ne.

Dic Euentus.

32.
Euentus.

Fortè, fortuitò, casu, fortè fortuna. Utimur-
que his ubi factum quid indicatur, sed fortuitò.

Da

Da Personalia.

33.

Personalia, quæ certam includunt personam, Personalia.
 sunt, mecum, tecum, secum, nobiscum uobiscum:
 Si non potius est constructio præpositionis cum
 pronomine (quod pronomen relatiuum illis sub-
 iectum declarat, ut tecum qui mihi) quæ sæpe
 aduerbio ἰσὸς ὕναμ' est. Sunt autem qui-
 busdam Personalia, meum .i. more meo, tuum
 .i. tuo, suum .i. suo, nostrum .i. nostro, uestrum
 .i. uestro, humanum .i. humano more. Re-
 liqua uero huius formæ in tus eadem sunt, cum
 græcis in Δεϋ: ut radicatus πῖ ζόδεϋ, funditus,
 βάδρ' ὅπερ .i. à radice, à fundo.

Similitudinis quæ dicis?

34.

Similitudinis generalia sunt, ut, uti. alia uero Similitudi-
 res aliquas inter se conferunt: Vel in qualitate, nis.
 ut sic, ita, itidem, sicut, sicuti, & ut. Vel in
 ratione ac modo, ut quemadmodum & quomo-
 do. Vel in Imagine, ut: Quasi, ceu, tanquam,
 uelut, ueluti, uti.

DA ἁποστατικὸν.

ἁποστατικὸν, Græcis ita dictum est, Vt, pro 35.
 ὡς. Vt in tali sermone, Sic studijs incumbit, ἀποστα-
 ut sanitatis sit immemor. κόν.

DE INTERIECTIONE.

I.
Interiectio
quid sit.

Quid est Interiectio?

Interiectio est uox quæ sub rudi inconditaque uoce animi affectum demonstrat.

Quomodo Interiectio ab Aduerbio differt?

Separatur Interiectio ab aduerbijs, quod in se uidetur uerbi affectum habere, & per se plenum animi motum demonstrare, etiamsi uerbum non addatur: Aduerbia uero non item, quia hæc sine uerbo consistere non possunt, præter admodum pauca, ut sunt Adhortandi & similia.

II.
Species.

Quæ sunt Interiectionis species?

Varias Interiectio habet species.

1. Aliæ enim Exultantis uel Latitiæ sunt: ut, Euax, Vah, ô.
2. Aliæ Dolentis, ut, Heu, hoi, hei, ô, ah.
3. Aliæ Timentis: ut, hei, alat. Hei uerecne quid Andria apportet mali.
4. Aliæ Admirantis: ut, papè. Papè nota figura oris.

Aliæ

<i>Aliæ Vitantis: ut, Apage, Apagesis.</i>	5.
<i>Aliæ Laudantis: ut Euge, euge beate.</i>	6.
<i>Aliæ Vocantis: ut Eho, oh, io. oh qui uocare?</i>	7.
<i>Aliæ silentium iniungentis: ut Au, si, uel, st.</i>	8.
<i>Aliæ Deridentis, uel Ironiæ, ut hui. Hui tam cito.</i>	9.
<i>Aliæ ex improviso aliquid deprehendentis: ut atat. Terẽ: Atat illud est, hinc illæ lachrymæ.</i>	10.
<i>Aliæ Ridentis: ut ha ha hæ.</i>	11.
<i>Aliæ Exclamantis: ut ô, proh, pro, nefas.</i>	12.

DE CONIUNCTIONE.

Quid est Coniunctio?

Coniunctio est pars orationis, quæ clausulas in sermone aptè coniungit.

I.
Coniunctio
quid sit.

Quod est discrimen inter Coniunctionem & Aduerbiũ?

Coniunctio sic ab Aduerbio differt: Quòd Coniunctio clausulas tantum inter se connectat, & earum habitudinem determinet: Aduerbiũ uerò sicubi clausulas (ut similitudinis dicta) iungit, etiam uerba uel nomina, quibus coheret, respiciat.

Quæ Coniunctionum sunt

II.

Species seu
potestates.

species aut potestates?

Potestates coniunctionum in Linacro numerantur 14.

Recense nunc ordine illas cum
suis Particulis?

I.

Quæ sunt Copulatiua?

Copulati-
ua.

Copulatiuæ sunt quibus ea coniungimus, quæ coniuncta significare uolumus, & tam simplices uoces quam integras sententias copulant. Suntq; Et, q;, atq;, ac, quoq;, etiã, præterea, alioqui, item itemq;, cum, sequente tum, tum multtuplicatum, quinetiam, sed &, superq;, in super, ad hoc, ad hæc, hoc amplius, & his amplius pro præterea, adeo pro etiam: simul pro & uel etiam: Horumq; contraria, nec, neq;, non, neue,.

Est ne quarundam harum etiam
alius usus?

Est. Ex his .n. quatuor, Et, quæ, nec, neque cum geminantur suspensiuæ priore loco dicuntur, quod aliam eiusdem potestatis expectari faciant, uel Affirmatiuam: ut & fugit & pugnat. uel Negatiuam: ut, Hoc si neq; ego neq; tu fecimus. Quædam etiam ex his explanationem antecedentiũ

cedentium inferunt, sicuti *διεσαφέντες* ad-
uerbia: ut, iudiciū Paridis spretæq; iniuria for-
mæ. q; pro uidelicet iniuria spretæ formæ, & sa-
crificate Domino sacrificium iustitiæ, & sperate
in eum, & pro uidelicet sperate.

Quæ dicis Discretiua?

Discretiua sunt, quibus ea quæ discreta intel- 2.
ligi uolumus, connectimus: ut, sed, sedenim, at, atq; Discretiua.
atqui, quidem, autem, uerò, porro, quin pro sed,
cæterum, uerum, uerumenim, uerumenim-
uero, quòd cum si uel nisi, ut quòd si uexantur
leges & iura, pro uerum si, uel at si.

Nonne & hæ interdum aliter usurpantur?

Ex his nonnullæ interdum copulatiuè legun-
tur, itaq; Prisciano & Græcis inter copulatiuas
numerantur, ut sunt, quidem, autem, uerò, sed à
frequentiori usu discretius potius adnumeran-
tur.

Quæ sunt Disiunctiua?

3.
Disiunctiua.

Disiunctiua sunt quib. ea iungimus, quorū al-
terum non utrunq; affirmamus, ut aut, ue, uel, seu
siue. Hæ quoq; cum geminantur priori loco su-
spēsivæ dici possunt, ut, uel scribit uel dicit, etc.

F in Da

4.

Da rationis redditivas.

Rationis
redditivæ.

Rationis redditivæ propriè Causales à Pri-
sciano dictæ sunt, quibus id, quod subijcitur, ra-
tionē esse eius, quod præcessit, significamus: ut,
Nam, namq; enim, etenim, quòd pro quia, quò
pro quia, præcipuè post non, propterea quòd,
quippe, utpote, siquidem, ut pro utpote.

5.

Quæ sunt Continuatiuæ?

Continua-
tiuæ.

Continuatiuæ, aliàs conditionales dictæ sunt,
quæ consequentia rerum sine subsistentia seu po-
sitione antecedentis significantes, sensus coniun-
gant imperfectos: ut, Si dies est, lux est. uel
quæ consequentiam omnino, essentiam uerò sub
conditione siue ex hypothesi aut ex pacto signi-
ficant: quæ sunt, Si, sin, ni, nisi, & aliquando
quum, & siue cum si & ue (ex quibus componi-
tur) significationem habet.

6.

Da Subcontinuatiuas.

Subconti-
nuatiuæ.

Subcontinuatiuæ sunt, quæ cōsequentiam re-
rum cum subsistentia seu positione antecedentis
significant: ut, Quoniam, quia, quando, quate-
nus, postquam, & cum pro postquam, antequam
priusquam, quamdiu, quoad, & quod utrumq;
horum significat, donec & donicum.

Multæ

Multa autem ex his quum postponuntur, pro rationis redditibus accipi possunt. Et horum posteriora licet inter Aduerbia Temporis quoq; sint posita, tamen & coniunctiones sunt: quum uerbum suum in Subiunctiuo inferunt. Græci ἄν δ' ἐκ τῆς αἰτίας adiecto, eas coniunctiones faciūt: ut, ὅταν, ἐπειδ' ἄρ, πρὶν ἄρ, ἕως ἄρ, μέχρις ἄρ dicentes.

Quæ est Definitiuæ?

Definitiuæ est particula, Quod, quando præcedentis uerbi significationem determinat, ut, Gaudeo & gratulor, quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti.

7.
Definitiuæ
Quod.

Dic Perfectiuas.

Perfectiuæ siuæ Absolutiuæ, quas alicui fini perfectioniq; præponimus, sunt ut, uti, quò pro ut, q pro ut, ne et ut, pro ne nō. Sed uim patris ut queas ferre: et ut ne pro ut nō, Cic: Opera datur, ut iudicia ne fiant. & Quatenus, iuxta Priscianum in illo Hora: tubeas miserum esse, quatenus id faciat, pro ut id faciat, Acroni autē pro quamdiu, loci aduerbio, ibi positum uidetur.

8.
Perfectiuæ.

Quæ sunt Dubitatiuæ?

F iiii Du

9. Dubitatiuæ sunt, quas ibi adhibemus ubi de duobus dubitamus, quales sunt, Ne, an, anne, num, numquid, utrum, necne.

Quædam ex his etiam in solutionibus problematum Græco more adhibentur, ut, utrum, inquit Donatus, ægrè pro malè, an ægrè, pro inuita, in illo Terentij accipiendum sit, sed reprimam me, ne ægrè quicquam ex me audiat.

Quæ Collectiuæ?

10. Collectiuæ seu rationales.

Collectiuæ uel illatiuæ sunt, Ergo, ideo, igitur, itaq; idcirco, quare, quamobrem, quocirca proinde, ideoq; ideo, & quod pro post quod uel quare. Item propterea, & ea re, ut, Ea re statim ad te Aristocritum misi. Quæ alio nomine Rationales dicuntur, quod illis consequi aliquid ea, quæ præmissa sunt, significamus.

11. Aduersatiuæ.

Recense Aduersatiuas.

Aduersatiuæ, quibus (per cōcessionem quandam occupationis) non obstare nec impediens esse quod dicimus, significamus, Vt, Etsi, quanquam, quamuis; licet, tametsi. Et redditiuæ earundem, Tamen, attamen, sed tamen.

12. Electiuæ.

Electiuæ quæ sunt?

ἑπιλεκτικαὶ ἰ. Electiuæ sunt, quas tum adhibemus, cum ex duobus propositis, alterum præferre

ferre nos significamus, ut, Quàm, & ac, atque, quum pro quàm accipiuntur, potius quàm te inimicum habeam &c.

Da Elattoticas.

13.

ΕΛΑΤΤΩΤΙΚΑΙ .i. Diminutiua seu imminuentes Elattotice coniunctiones sunt, quæ id, quod minus est, con- seu Diminutiua. cedi dignum indicant, ut, saltem, Sic. Vere nihil potes dicere, finge saltem aliquid commodè. & at, certè, uel, quum pro saltem accipiuntur, ut, Ne uel latum digitum.

Quæ sunt Expletiuæ?

14.

Expletiua, quæ quum additæ uel detractæ, nihil plus aut minus efficiunt, ut, enim in atenim, sed enim, & enim uero, & cum inchoat clausulam, ut, Teren. Enim non sinam. Et nam aliquando, ut, Nam quis te iuuenum confidentissime nostras iussit adire domos.

Expletiua.

Finis Primi libri de Octo

partibus oratio-

nis.

LIBER SECVN- DVS.

Quid tractat Línacer in Sec- cundo Libro.

In Secundo libro Enallagen simplicium par-
tium orationis, quæ Etymologiæ figura est, simi-
li methòdo tradit.

Quid est Enallage?

Enallage est Figura Etymologiæ, qua inter
se commutantur. Aut ipsæ partes Orationis, Aut
earum species, Aut accidentia.

Quotuplex est Enallagæ?

Triplex est. Prima, qua ipse partes orationis
inter se permutantur, & Αντιμερία dicitur.
Altera est specierum in qualibet parte inter ip-
sas permutatio. Tertia est Accidentium com-
mutatio, quæ specierum & accidentium com-
mutatio ἐτέρωσις appellatur. De Accidentiū
autem Enallage, quòd ea maximè legitimæ stru-
cturæ leges perturbet, hic non agit, sed illam in
sextum librum rejicit, & inter figuras explicat.

Quis

Quis autem modus seu regula
in hac, & alijs figuris omni-
bus seruari debet.

De Enallage & alijs figuris hoc obseruan-
dum est, quod illud in hac et alijs orationis for-
mis tutò quis & familiariter usurpabit; quod
passim apud probatos autores legitur: Quod ue-
ro rarum aut infrequens est, non, nisi quatenus
usurpatum ab alijs, sequendum. atq; ita perpe-
tuo rarum permanferit.

Quot modis fit Antimeria siue
partium Enallage?

Antimeria fit quatuor modis. Nam aut Declinabilis pars ponitur pro Non Declinabili. aut cōuersim, Non declinabilis pro Declinabili. aut inter se, Declinabilis pro Declinabili. aut Indeclinabilis pro Indeclinabili.

Quomodo Nomē ut pars de-
clinabilis cū partib. non de-
clinabilibus cōmutatur?

Nomen adiectiuum in hoc genere Præpositio-
nis loco ponitur, ut secundum pro κατὰ: ut Se-
cundum consuetudinem. Item adiectiuum
pro Ad-

I.

Declinabi-
lis pro non
declinabili,
ut, Nomen
loco præ-
positionis.

Aduerbij.

pro Aduerbio. Recens pro recenter. Toruum clamat, pro toruè. Præterea nonnulli Datiui in o pro e, ut uerò pro uerè, quod modo pro Aduerbio confirmandi accipitur, ut, Ego uero. aut pro ἔγωγε Ironicè, ut, Egregiam uerò laudem: modo pro Coniunctione, aut Discretiua cum quidem præcedente, ut ego quidem, tu uerò. aut pro Expletiva, Id uerò est. Est quoque uerò interdum Stomachantis, ut, Moue uerò te ocus &c. Etiam quid pro quorsum aut ad quid. Quid maiora sequar. Nullius quoque pro non legitur, ut, Etsi nullus dixeris .i. non. Ponitur & Nomen appellatiuum loco Aduerbij, ut, Nec uox hominem sonat, pro humaniter. Quanquam & hoc genus per illos ablatiuos more uel ritu, aut etiam per eiusmodi uerba, exhibet, representat, præfert, interpretari licet. Ponitur quoque Nomen Interiectionis loco, ut Quid, (malum) alij.

Interiectionis.

Coniunctionis.

Postremò Nomen, siue Pronomen loco Coniunctionis reperitur: ut, Cato nullam adulteram non eandem ueneficam esse dixit .i. etiam ueneficam.

Da Pronominis cum non declinabilibus commutationem.

Pronomen

Pronomen, uel prouocabulum pro Aduerbio: Pronomen
 ut, hîc pro in hoc loco, Et illò, quò ad locum loco Aduer
 significant. Item, Quà siue per locum, siue pro bij.
 partim: Quòd pro Cur, siue Quamobrem: ut,
 Si ad uitulam spectes, nihil est, quòd pocula lau
 des. Etiam loco Coniunctionis, Vt Quò pro Cōiunctio
 quia: Vt, Non quò quenquam plus amem. Eò nis.
 pro propterea: Cæsar ita respondit, eò sibi mi
 nus dubitationis dari. Quòd pro quia, ut, Quòd
 Et Hermes commune omnium Et c. Et pro Sed,
 uerum, uel ad, ferè cum si uel nisi iunctum legi
 tur, ut, Quòd si hîc esses: Et pro quare, uel ita
 que, Quòd te per hanc dextram oro. Donatus
 per Eclipsin Præpositionum, post, uel propter ef
 fert. Accipitur etiam Quòd pro quadam con
 tinuatione, seu connexione, cum utinam iunctum:
 Et pro Quatenus, uel in quantum: atq; pro ὅτι
 διαβεβαιωτικῶς .i. assertiue, Scio quòd scri
 bis, uel scribas. Et pro καὶ ὅσος, siue quatenus,
 ut, Omnia confingam, quòd mihi erit commo
 dum.

Quomodo Verbum cū inde
 clinabilib. commutatur?

Verbū pro
 Aduerbio.

Verbum, seu potius sensus uerbi pro Aduer
 bio ponitur, ut in illis, Amabo, amabo te, sodes,
 sis, sultis, age, agite. Secundo

Secundo loco, pro deinde, ut, Facile secundo loco me consolatur: non enim præcessit primum

Pro Coniunctione. uel primo loco. Deinde pro Coniunctione, licet, licebit, cum pro quamuis leguntur.

Quæ est Participij cum indeclinabilib. permutatio?

Participiũ pro Aduerbio. Participium pro Aduerbio: ut, libens pro libenter: ut, Ego uerò facio ac lubens. Horrendum stridens .i. horrendè. Et Participium, uel Interiectiõe Participiale nomen loco interiectionis: ut, Nauibus (infandum) amissis. Atq; hastenus de prima specie Antimeriæ, quando scilicet pars Declinabilis pro indeclinabili ponitur.

II.

Non declinabilis pro declinabili.

Recense Alteram & cõuersam Antimeriã, uidelicet non declinabiliũ pro declinabilibus Enallagen.

Aduerbiũ quomodo permutatatur?

Aduerbiũ pro nomine Adiecti-uo. Aduerbiũ in hac secunda specie primum uice nominis Adiectiui ponitur in his: ut, sic, ita pro talis: Sic uita erat. Perinde & ut, pro talis & qualis: ut, Hæc perinde

inde sunt, ut illius animus est, qui illa possidet. et sic de similib. in tabula spectādis. Deinde Ad- Appellati-
 uerbiū etiam loco Nominis Appellatiui reperi- uo.
 tur: ut, Infra & supra Aduerbiata pro inferi-
 us et superius. Item Hesternū cras abiit .i. crasti-
 nus dies heri constitutus. Euge tuum & bellē.
 Item Grande ὁ πῶς, quæ ὁ σικῶς seu τεχ vi-
 κῶς dicuntur, qua ratione qualibet uox Defini-
 tiuē seu Materialiter posita pro Nomine accipi
 potest. Postea etiam Aduerbiū loco Prono- Pro Demō
 minis Demonstratiui positum reperitur: ut, Hinc stratiuo
 illæ lacrymæ, pro hæ, illæ lacrymæ. Itē, Huc de- pronomine
 lecta uirū sortiti corpora furū, pro in hunc e-
 quum. Et uice prouocabuli. Quum pro quo si- Loco pro-
 ne præpositione, sed ad tempus relatum: ut, Ille uocabuli.
 dies mihi, quum liceat tua dicere facta .i. quo die.
 Etiam cū præpositione, Vnde, ut, Genus unde
 Latinum, pro à quo, & Cur. Cic: En crimen, en
 causam, cur regem fugitiuus accuset: cur .i. pro-
 pter quam. Quò, ut loca calida prope aream fa-
 ciunt, quò succedant homines .i. in quæ. Atque
 hoc genere Enallages ueteres libenter usi sunt.

Coniunctio in hoc genere
 quomodo immutatur?

Con

Coniunctio
loco nomi-
nis.

Pronomi-
nis.

Coniunctio loco Nominis, ut, Illius ergo ueni-
mus, Virtutis ergo, pro causa illius, uirtutis gra-
tia. Etiam loco pronominis cum præpo. ut in his
Cic: Est autem in officio Orpheus, præterea ma-
gnopere nemo cæterorum seruorum. Eundem ab
hostibus metui, præterea neminem, pro præter eū
in utroq; exemplo. Item, A me uerò ita diligi-
tur, ut tibi uni concedam præterea nemini, pro
præter te nemini.

III.

Declinabilis
pro decli-
nabili. ut.

Recense tertiam Antimeriæ
speciem, ubi declinabilis
pars pro declinabili
ponitur.

Quid est Permutatio No-
minis cum suis cognat-
tis partib.

Nomen pro
Participio.

Hoc in genere Nomen pro participio ponitur
ut, prudens pro prouidens, gnarus pro sciens,
Sibila pro Sibilantia, ut, Sibila lambebant lin-
guis uibrantibus ora. Corusca pro coruscantia.
Ec.

Quid est Pronominis Anti-
meria?

Pronomen

Pronomen loco Nominis. Suus pro proprius: *Pronomen*
 ut, Suus cuiq; mos est. Is pro talis uel tantus, ut *pro Nomi-*
 Non ea uis animo ut resistere possem. Item, Eo, *ne.*
 hoc, quo, pro tanto, quanto: ut, Eo magis, eo
 minus: Hoc magis, hoc minus: Eo grauius se fer-
 re, quo minus merito populi Rom: accidisset.

Quæ Verbi?

Verbum uicem Nominis supplet: ut, Scire tu- *Verbū pro*
 um nihil est, pro scientia tua &c. *Nomine.*

Quæ Participij?

Participium similiter pro Nomine: ut, Alieni *Participiū*
 appetens, sui profusus, pro appetitor, profu- *pro Nomi-*
 sor, quæ ars non recusat. *ne.*

Idem quoq; pro Verbo: ut, Priusquam incipias *Pro uerbo.*
 consulto, & ubi consulueris mature facto opus
 est. i. consuli & fieri. In illis autem Volo datum
 & factum oportuit, infinitum esse, subauditur,
 suntq; infiniti præterita, ut quibus etiam perfe-
 ctio significetur, non solum actio.

Recense Quartâ Antimeriæ spe-
 ciē, ubi nō declinabilis pars pro
 non declinabili ponitur?

Quomodo fit prepositionum cū
 alijs partib. indeclinabilib.

commutatio:

G Præ

IIII.

Non decli-
 nabilis pro
 non decli-
 nabili. ut

Præpositio
pro Aduer-
bio.

Præp: pro Aduerbio usurpatur cum sine ca-
su ponitur: ut, absq; pro ἄνευ, seorsum, uel
secus: ut, Quàm fortunatus sum cæteris rebus,
absq; hæc una foret .i. abesset uel secus esset.
Propè adest cum alieno more uiuendum est mi-
hi, Pars cætera ponitum ponè legit: quæ etiam
accentu à præpositione distinguuntur. Si falsum,
aut fictum, aut uanum continuò palàm est, &
sic de alijs. Poëta Ante pro prius: ut, Ante
leues ergo pascentur in æthere cerui, item hæc,
Circa, circiter, circum, contra, clam, coram ac-
cipiuntur pro iuxta propè, undiq; inuicem, occul-
tè, præsentè. Extra pro foras iuxta pro æquè:
ut iuxta boni maliq; trucidati. Ponè pro à ter-
go, uel post tergum. Post pro postea. secus pro
malè uel inimicè. & Vsq; cum alia præp. ut, usq;
ex Aethiopia.

Præpositio
pro Cõiun-
ctione.

Præpositio etiam pro Coniunctione accipitur:
ut, præter, pro præterquã uel nisi. Salust: Præ-
ter rerum capitalium condemnatis, pro præter-
quam. Præter si aliter nequeas .i. præterquam uel
nisi.

Quomodo fit Aduerbij cum
cognatis partibus com-
mutatio?

Aduer-

Aduerbiū ponitur loco præp: ut, Tali in-
 tus templo diuum patriaq; Latinus. Sede, sedens
 pro in templō, uel intra templum, quōd σολοι
 κος αὐτῆς uidetur. Deinde & pro Coniunctione
 ut quæ Congregandi sunt Aduerbia præsertim
 geminata pro copulatiuis ponuntur: ut, Si-
 mul ut plenior obsequio demererer amantiſſi-
 mos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus & c.
 Quum pro postquam: ut, Iam biennium est quum
 ille mecum esse cœpit. Et idem pro copulatiua
 ponitur: ut, Vix hæc ædiderat, quum effusis im-
 brib; atra Tempeſtas sine fine furit: pro & atra.
 Et, simul, ut, ubi, pro postquam accipiuntur: ut,
 Nam simul aspexit dicta acceptaq; salute. Item
 uulgi quæ uox ut uenit ad aures, Vbi ea causa
 erit, adempta desinet. Item, statim, protinus,
 continuo, quæ subiecta negatione, quasi pro ideo
 accipiuntur: ut, Neq; id statim legenti persuasum
 sit, omnia, quæ omnes auctores dixere, esse per-
 fecta.

Aduerbiū
 loco præ-
 positiois.

Pro Con-
 iunctione.

Quomodo Coniunctio cum
 alijs nō declinabilib. permu-
 tatur?

G ij Pro

Pro Aduerbio Coniunctio legitur : ut, Atq;
pro statim. Atq; illium in præceptis, prono rapit
aluenus amni. Et pro $\epsilon\tau\iota\alpha$.i. deinde: ut, uide quã
turpi leto pereamus, & dubitari potest, pro de-
inde dubitari potest. Etiam quoq; & item, pro
sic uel ita. Si non, quomodo tabulas conficis: Si
etiam, pro si sic uel ita. Quia sunt quotidiana, an-
gues non item, pro sic uel ita. Sed pro imò. Ha-
bet gladios, sed duos, pro imò duos, & est Cor-
rigentis.

DE ENALLAGE SEV HETEROSI SPE-

cierum in qualibet
parte.

Quid est $\epsilon\tau\epsilon\rho\omega\sigma\iota\varsigma$ seu specierum
Enallage?

Heterosis, seu specierum Enallage est, quæ
fit per species partium inter se commutatas.

Quomodo fit in nomine spe-
cierum commutatio?

Nomē pro- In Nomine, Proprium pro suo possessiuo usur-
prium pro patitur; ut, Dardana suscitatur arma, pro Darda-
Adiectiuo. nia

nia, apud Poëtas. Deinde pro alio adiectiuo ponitur: ut, Tullius eloquio, Milo uiribus .i: magnus eloquio, robustius uiribus, uel alia eiusmodi, per Antonomasiam.

Appellatiuum quoq; pro Partitiuo legitur, ut Appellati- Pars pro alij: ut, Pars ingenium, alij corpus ex- uū pro par-
ercebant. titiuo.

Adiectiuum cum suis specie- bus quomodo cōmutatur?

Adiectiuorum species uariè inter se commu- Adiectiua
tantur. Sæpe .n. Absolutum pro comparatiuo absoluta,
accipitur: ut, Paulò qui est homo tollerabilis, pro compa
pro tollerabilior. Sic duplicia pro duplo plura: ratiuo.
ut, duplicia, quàm numerus serucrum exigit, pro
duplo plura instrumenta reposita habeat.

Et rursus Comparatiuus Aut pro absoluto po- Comparati-
nitur: ut, Infirrior pro infirmus iuxta Quintil. tiuum pro
Diuersum est tamen dicere infirmus & infirmi- Absoluto.
or: Quòd in hoc, cum quadam ipsius Compara-
tiui mitigatione, subaudiatur, quàm iusta ualetu-
do postulat. Et quòd talia Ablatiuum mensuræ
aliquanto, multo, paulo recipiant: ut, Si qua est
habitor paulo, uidelicet quàm mediocris status Cōpar: pro
exigit. &c. Atq; per contrarium cum minus contrario
interdum exponitur: ut Mare Caspium dulcius suo cum mi-
nus.

Com: pro
Superlat:
Superlati-
uus pro ab-
soluto.

ceteris .i. minus amarum. Aut pro Superlatiuo: ut, Duo maiora omnium nauigia submersa sunt .i. maxima. Superlatiuus quoq; pro Absoluto, sed quod non est nomen, tute scis post illa, quam intimum habeam te. Et pro Comparatiuo, ut, primus pro prior. Duo te nominatim oro, Primum &c. Vult .n. comparatiuus potius partiri duo, Superlatiuus tria, uel plura.

Numeralia
distributi-
ua pro Car-
dinalibus.

Sic & Numeralia inter se commutantur: ut, Distributiuum ponitur pro Cardinali, in singulari, & maxime apud Poetas: ut Lucanus, Septeno gurgite, pro septem gurgitibus. Etiam in plurali, tum apud Poetas: ut, Bis denis nauibus ibant, pro bis decem: tum apud Oratores: ut, Binos habebam, iubeo promi utrosq;. Item duplices & gemini pro duo & ambo usitate ponuntur.

Cardinale
pro ordi-
nali.
Ordinale
pro Card:

Deinde Cardinale pro Ordinali: ut, Vno & uigesimo die, usitate pro primo. Et rursus Ordinale pro Cardinali: ut, Sexta ceruice feratur, pro sex ceruicibus portetur: Et pro multiplicatiuo, ut, Ex eodem semine, alicubi cum decimo, alicubi cum quindecimo &c. pro decuplo. Accipitur quoq; certus numerus pro incerto: ut, terq; quaterq; beati, pro saepe uel multipliciter:

Sexcen-

Sexcentas scribito potius .i. multas uel infinitas.

Præterea Partitiuum pro Cardinali ac Ordinali: ut, Qui cum ad unum iam & alterum diem desiderarentur, alterum pro ad duos. Altero et uigesimo die. Anno tricesimo altero .i. secundo. Vterq; sumitur loco collectiui: ut, Missi magnis copijs uterq; legati, pro ambo.

Partitiuum
pro cardina-
li & ordi-
nali.

Item Particulare unum pro altero: ut Quidā, Particula-
pro aliquis: ut, Quidam boni, quidam mali. & re quidam
rursus Aliquis pro quidam, aliquis de dijs non pro aliquis
tristibus optat; Etiam pro quiuus, uel quicumque Aliquis pro
ut, Hoc q; cuperes aliquo pacto efficiendum. quiuus uel
Quum autem post negationem ponitur, tum pro quicumq;.
Vniuersali sumitur: ut, non uidit me aliquis .i.
nemo.

Sic & Quis pro aliquis, ut, si quis, Quis pro
pro aliquis. Idq; eleganter post has particulas, si, aliquis.
siue, nisi, quò, quum, aliud. Quisquam item pro
Quiuis. Nisi uos fortiores cognoscerem, quàm
quenquam uirum: & collectiue cum numero
plurali iungitur, ut, Neq; nostrum quisquam
sensimus .i. neque ullus nostrum sensit.

Et Vniuersalia quoq; inter se commutantur, Vniuersale
nèpe quicūq; pro quiuus reperitur: ut, Ne ego qdē quicumq;
G 4 Aposti- pro quiuus.

Nemo pro
nullus.

Aposiopesis semper uoco, in quo res quæcunq;
relinquitur &c. Nemo item pro nullus: ut, Con-
tingit tibi, quod haud scio an nemini .i. an ulli.
Porro prouocabulum Qui, & pro interrogati-
uo Quis: ut qui finis discordiarum: & pro qua-
lis, uel quantus, Hæc ego dum stulte meditor, quæ
nostra libido est. Sicut is pro talis & tantus. Po-
nitur quoq; Quo pro Quanto, præsertim ante
Comparatiua: ut, Memini uidere, quo æquior
sum Pamphilo, similiter, eius generis pro eiusmo-
di.

Deniq; & locale, patronymicorum Græco-
rum forma à locis ductum, pro possessivis usur-
patur: ut, Sicelides Musæ. Quid mihi cum Les-
bo: Sicelis esse uolo, pro Siciliensis uel Siciliensi-
um. Hesternus quoq; pro Pridianus ponitur: ut,
Cum iure hesterno panem atrum uorēt. Sic Cra-
stinus pro Postridianus, ut, Nunquam te crasti-
na fallat hora .i. postridiana.

Quæ est specierum in Pro- nomine commutatio?

Pronomen
Demō. pro
Pos:

In Pronomine Demonstratiuum pro Possessi-
uo positum apud Autores legitur: ut, Duorum
labori hominum parvissem libenter, mei te rogā-
di, & tui respondendi mihi, pro meo & tuo la-
bori.

bori. Vestri, nostri, pro, Vestrum, nostrum possessiuo, uel certè Primitiuo genitiuo in um. Deinde Possessiuum pro Primitiuo: ut, Facile ut uideres desiderio id fieri tuo, pro tui. Postea quoque reciprocum Primitiuum pro Relatiuo: ut, Orat, si se ames, ad se ut uenias, pro si eam ames.

Possessiuũ
pro primi-
tiuõ.

Reciprocuũ
primitiuum
pro relati-
uõ.

Et Reciprocum Possessiuum pro Relatiuo: ut, Mater quod suasit sua adolescens mulier fecit, pro eius. Sed hæc ut Solæcophana uitanda sunt.

Reciprocuũ
poss: pro re-
latiuõ.

Specierum Verbi, quæ est permutandi ratio:

In Verbo Actiuum pro Neutro absoluto, uel Passiuo reperitur: ut, Sistunt amnes pro stant, sistuntur, uel sistunt se, per Ecclipsin. Quomodo et Verbum probo & Nubo .i. uelo legitur, ut, Nubet marito, pro nubet se. Similiter Actiuum pro Passiuo: ut perfrégi brachium, pro perfractum est ei brachiũ. Sic Neutrum pro Actiuo: ut, Coridon ardebat Alexin .i. amabat. Item Passiuum pro Actiuo: ut, Bellantur Amazones. Expoliantur eos, pro expoliant antiquè. Nomen & Verbum quoq; περιφρασικῶς pro simplici uerbo: ut, Adferuntur literæ pro nunciatur. Do

Verbũ acti-
uũ pro Neu-
tro ac Pas-
siuo.

Neut: pro
Actiuo.

Pass: pro
Actiuo.

Nomen &
Verbũ pro
simplici uer-
bo.

fidem pro iuro &c. Quorum tamen plenior est
 Aduerbiū significatio, quā simplicium uerborum. Ita &
 cum uerbo Aduerbiū cum Verbo pro simplici uerbo legi-
 pro simpli- tur; ut, ægrè est, pro dolet. Simili ratione & in-
 ci. teriectio ex duabus particulis pro uerbo : ut, Me
 miserum, te in tantas ærumnas incidisse, pro mi-
 seret me, uehementer dolet.

Quæ est Specierum Participij permutatio ?

Participiū
 Act: pro
 passiuo. Actiuum Participium pro passiuo : ut, Plau-
 strum quo uehenti regnum delatum, Equo ue-
 hentes, pro uesto & uestos. Sic etiam uector
 pro uestus, Indulgens pro cui indulgetur, poni-
 tur. Item Arma horrentia Martis, pro Arma
 Passiuum horrenda. Et contra Passiuum particip: pro
 pro Actiuo actiuo, atq; in his, quæ sub terminationem præ-
 teriti passiui actiue significant : ut, Circumspe-
 ctus, disertus, cautus &c. ex quibus multa eti-
 am passiue ponuntur, Hæc commutatio sæpe etiā
 in Synechdoche fit: ut, Leuo suspensi loculos ta-
 bulamq; sinistro. Tum breuiter Dido uultum de-
 missa profatur. Hic actiue sunt posita pro
 aoristis Græcorum actiuis, quæ per ablatiuos cō-
 sequentiæ commodissimè interpretantur, id est,
 suspensis

suspensis oculis. demissis oculis. i. postquam suspendissent, demisset.

Accidit ne speciebus Præpositionis immutatio

Contingit sanè, sed ea antea in superiori libro, in præpositionum declaratione, explicata est. *Præpositio in primo lib.*

In Aduerbio quomodo species commutatur

Aduerbia loci pro temporis ponuntur: ut, ibi Aduerbiū homo capit me obsecrare, pro tunc. Sic etiam loci pro tē- ipsum nomen, loci, saepe pro tempore legitur: ut, poris. Quæ nunc non est narrandi locus, pro tempus narrandi. Qualitatis pro aduerbijs Intenden- Qualitatis di, ut bene, malè, peius, pro ualde & ualdiùs. pro inten- Habetis Orationem bene longam. Quæstāq; pe- dendi. ius amo, pro ualdiùs ponitur. & non duntaxat Nō duntaxat pro Aduerbio non solum: ut, Cum tutor non xat pro nō rebus duntaxat, præponatur. Et similiter alia solum. pro alijs.

Quo

92. DE ENALL: SPEC: ACONIVN:
Quando Coniunctionum species
commutantur ?

Coniunctio In Coniunctionibus frequens est Enallage. Quæ
q; & quoq; & quoq; Copulatiua pro etiam reperitur. Ab
pro etiam. hoc eodem factum Herculem, qui hodieq; mater-
riæ nomen retinet: ut, Tu quoq; littoribus nostris
Copulati- Aenciæ nutrix. Et Copulatiua pro disiunctiua:
ua pro dis- ut: Suspectaq; dona, præcipitare iubet, subiectisq;
iunctiua ra- urere flammis. pro aut subiectis urere flammis.
tionis red- Rursus eadem pro rationis reddituiis. Audieras
ditiua et e- & fama fuit: pro, nam fama fuit. item, atq; et ac-
lectiua. pro Electiua quàm, Neue aliorsum, atq; ego feci
Disiunct: acceperit, pro, quàm. Item Disiunctiua pro
pro Copul: Copulatiua: Vel rex mihi semper maximas age-
Neq; pro et bat gratias, pro & rex. Neq; compositum pro,
non. & non, diuisis. Neq; eum æquum ait facere: pro
At pro sal- & non æquum. Item, At pro saltem: ut, si non
tem. propinquitatis, at ætatis suæ rationem haberet.
Nam pro Nam, pro autē, uel simili Discretiua: Nam quòd
autem. in uxorem & filiam meam tam petulanter inue-
ctus es, pro, quòd autem, seu uerò. Significat
etiam, Nam, tantum ingressum rei, cum ab ini-
tio ponitur: ut Nam is postquā excessit ex ephe-
bis &c. Nisi pro Quàm: ut, Nihil uolo aliud,
nisi Philomenam. Notandum &, ut non, pro
nisi.

nisi, uel quin, eleganter accipi; ut, Non possunt
multi &c. Vt non plures secum trahant. Et, An
pro siue; ut, Liber an seruus esset. Accipitur
quoq; siue, pro uel & si, disiunctis; ut, Siue quo
alio nomine sint, pro uel si quo. Etiam, Vt,
pro Quod: Si est ô patrue, ut Antipho, culpam
in se admisserit.

Vt non pro
nisi uel
quin.
An pro siue
Siue pro
uel si.
Vt pro
Quod.

Finis Secundi Libri.

LIBER TER- TIVS.

Quid tractat in Tertio & se-
quentib. libris.

In tertio ad Constructionem ipsam ex parti-
bus Latini sermonis extruendam & conforman-
dam, eadem ratione ac uia, à Syntaxeos defini-
tione, per communiora constructionis genera, ad
singulares cuiusq; regulas progreditur. Idq; cõ-
positionis ordine, à communioribus uidelicet
ad singularia procedendo.

Quid est Constructio?

Constructio est debita partium orationis inter

se

94 DE CONSTRV; GEN. ET SPE.
se compositio, sicut recta Grammatices ratio
exigit .i. usus bonorum autorum.

Quæ est prima Construc- tionis diuisiō?

Prima diuisione alia est iusta: cui nihil deest,
nihil abundat, nihil suo loco abest, nihil immu-
tatum est. alia est iniusta seu figurata, in qua
aliquid deest, uel abundat, uel suo loco abest,
uel immutatum est.

Iusta quotuplex est?

Duplex. alia Personæ, alia Sermonis.

Quid appellat Personæ con- structionem?

Vocabulum Personæ grammatica consuetu-
dine hîc generalissimè accipit, ut complectatur
omnes uoces declinabiles, res qualescunq; signi-
ficantes quibus persona attribuitur, uel prima
rei quæ loquitur, aut loq fingitur: uel secunda, ad
quam sermo dirigitur: uel tertia, de qua sermo
habetur. Sicut, Nomina, Pronomina, Verba &
Participia personæ rationem habent: Illarum
igitur partium Simplicem & Grammaticam cō-
structionem Prosopicen appellat.

Quid

Quid dicit Sermonis constructionem?

Sermonis constructio est, quæ personæ discrimen non agnoscit: sed considerat in genere sermonis, aut uim & usum particularum consignantium, aut phrasen & consuetudinem autorum latine loquentium. Unde duplex est. Altera Syncategorematica, quæ uoces cōsignificātes recipit, quæ nec solidū quippiam (i. neque suppositum loco subiecti, neque appositum loco prædicati seu attributi positum) significant, nec in oratione nisi cum alijs iuncta consistunt: ut sunt Non declinatæ partes omnes, Et ex Declinatis, Interrogatiua, Partitiua, Particularia & Vniuersalia nomina, & quedam etiā Pronomina, de quib. in quinto libro agit. Atque hæc Syncategorematica sermonis, Simplicis personæ constructioni opponitur. Altera Latina dicitur, quæ in uocibus duntaxat, pro lingue Romanæ proprietate iungendis, tota uersatur, & Grammaticæ constructioni opponitur. aliud est enim Latine, aliud Grammaticè loqui. Et consistit in Ordine & Delectu.

Quo

Quomodo in delectu ?

In delectu quidem, ut quū superlatiuus, Quisq; potius, quā omnis subiicimus: ut, doctiss: quisq; non doctissimus omnis, & sic de alijs.

Quomodo in Ordine ?

In Ordine uerò, ut, Nunc quam rem uitio dent animum aduertite, potius quā, rem quam: sicut & in alijs compositionibus Euphonia consideranda est: ut concinnius dicitur, Verum est enim, quā uerum enim est: & sic in similibus, quæ obseruanda sunt in autoribus, qui rectè & diligenter locuti sunt. Et hæc Latina constructio ubiq; ad communes regulas obseruatur: idèq; sparsim, & non seorsim, sicut personæ & reliquæ constructiones, tractatur.

Personæ constructionem quomodo subdiuidis ?

In Intransitiuam, quæ simul omnes partes declinatas comp lectitur, fitq; cum uoces illæ, ex quibus constat, ad eandem personam referuntur, in qua subsistunt. Et in Transitiuam diuiditur, qua non subsistitur in eadem re, sed transitus fit in aliam personam seu rem, idq; sub certo aliquo casu, ut postea dicitur.

Quæ

Quæ sunt Regulæ Intransitiuæ constructionis?

Prima est Generalis, Quod partes declinabiles intransitiuæ inter se iunctæ in ijs accidentibus, quæ inter se communia habent, conuenire debeant. Huic quatuor speciales regulæ seu modi Intransitiuæ constructionis subiiciuntur.

Quis est Primus Modus?

Verbum cum supposito seu præcedente Nominatiuo, Qui, ut duo tantum habet cum Verbo accidentia communia, Numerum scilicet & Personam; ita etiam præcedit Verbum finitum simili numero & persona: ut, Aeneas ait, Vel cum supposito Accusatiuo, qui, ut nullum habet accidens commune cum Infinito (qui est sine numeris & personis) ita quoque sine discrimine Personæ & numeri præcedit infinitum, sicut Nominatiuus Verbum finitum: ut, Me isse, nos isse, te isse, uos isse, illum isse, illos isse.

Quis est Secundus Modus?

Adiectiuum cum suo proprio uel appellatiuo in suis communibus accidentibus, uidelicet in eodem Genere, Numero & Casu coheret; Vt, Amicus certus in re incerta cernitur. Nec tantum de

Adiectiuus nominum propriè dictis intelligatur, sed de omnibus alijs quæ adiectiuorum constructionem sequuntur: siue Nominalia, siue Pronominalia, siue Participialia fuerint.

Quis est tertius modus?

Prouocabulum seu Relatiuum nomen, uel Pro-nomen, cum suo antecedente, à superiore expressè uel tacitè repetito, (ut sit iusta & plena constructio) etiam in genere, numero et casu cōuenire debet: ut, Erant omnino itinera duo, quib. itineribus domo exire possent. Regitur autem iste casus à suo uerbo, quare sæpe in casu inter se non consentiunt: uerum antecedens repetitum & in casu conuenire debet cum relatiuo.

Quis est Quartus modus?

Appositio seu Epexegetis dicta, quòd unum alterum quasi explicet & determinet. fitq; dupliciter, Vel per Appositum Appellatiuum nomen, (aut continuè succedens, aut participio siue uerbo intercedente) id casu omnino consentiat cum alio supposito proprio uel appellatiuo. quæ uulgariter Appositio dicitur. Quando duo appellatiua eodem casu de eadem re dicuntur: ut, *Homerus est dictus fons poetarum. Opes irritamenta*

vitamenta malorum. Vel per Appositum Adiectiuum, intercedente participio aut uerbo, id iuxta adiectiuorum constructionem, in genere, numero & casu conuenire debet, cum suo supposito appellatiuo. Huc regulæ pertinent de constructione uerborum substantiuorum, nuncupandi, status, aut gestus alicuius.

Sunt ne aliquæ in istas regulas obseruationes seu exceptiones?

Obseruationes, quæ uel istis modis omnib. uel quibusdam communes aut propriæ sunt, ex Latina constructione potissimum oriuntur, eas in tabulis commodius spectandas relinquimus.

Quid est Transitiua constructio?

Transitiua constructio est, qua ab una persona in alteram fit transitus, qui in partibus declinabilibus seorsim, in Nomine, Pronomine, Verbo & Participio, certis legibus præscribitur.

Quomodo fit iste Transitus?

H ij Tran

Transitus iste fit in certum aliquem casum,
uel in Genitiuum uel in Datiuum, uel in Accusa-
tiuum, uel in Ablatiuum.

De nominis transitione in Ge- nitiuum quot traduntur cō- munes Regulæ?

Communes regulæ nominū de Genitiuo sunt
8. quæ cum Linacri præceptis conueniunt.

Illas ordine recense & exem-
plis declara.

Quæ est Prima?

Appellati-
ua in geni-
tiuum,

Appellatiua, feruntur in Genitiuum propri-
orum uel appellatiuorum (idq; iuxta communem
regulam, Substantiuum cum Substantiuo Geniti-
uo casu iungitur) præcipuè autem eorum, quæ
possidentis personam exhibent: Siue ipsius Pos-
sessoris: ut, codex Vergilij. Siue totius, cui ali-
quid tanquam pars attribuitur: ut, caput Cice-
ronis. Siue Eius ad quod spectat quippiam quo-
quomodo: ut, discipulus Platonis. Ac uidentur
hi Genitiui possessoris personam exhibere, quòd
per prosopopœiam singuli, id, quod sub nomi-
natiuo est & significatum, suum dicere possint:
ut, Vergilius suum codicem. Cicero suum caput.

Plato

Plato suum discipulum. Itaq; per Possessiva pleraq; efferuntur Intransitiue; ut, Herilis filius, Euandrius ensis, paterna domus, codex Vergilianus, dogma Platonium. Eadem ratio est et Pronominum: ut, Hic illius arma &c.

Quæ est secunda Regula?

Adiectiua neutro genere posita, & ambigua, quoties pro appellatiuis sumuntur, appellatiuorum more cum genitiuo construuntur: ut, nihil pecuniæ, quantum nummorum, tantum fidei, per Atticismum. rex hominum, pater deorum, amator studiorum. Sic & alia uerbalia & potissimum ea, quæ sub appellatiuorū specie ab actiuis uerbis ducuntur, ut, amatrix uirtutum, tegmen fagi, textura uirginis, lectio præceptoris, usus rerum &c.

Neq; in hos modo genitiuos eiusmodi ambigua adiectiua feruntur, qui scilicet possidentium seu agentium speciem referunt: Sed etiam sicut ipsa uerbalia, (quæ tum actiue tum passiue significant) in alios genitiuos passiue significantes transeunt, quos ferè per ablatiuum cum præpositione, de, interpretaris, ut, Nuptiarum sollicitudo .i. de nuptijs. Pudor patris .i. de patre.

Quæ est tertia?

H iij Tertia

Adiectiua
in genitiuū

Tertia (sicut & sequentes regulæ) est adiectiuorum. Adiectiua quæ partitionem significant aut collectionem genitiuos plurales adsciscunt: ut sunt, Interrogatiua Quis deorum: inter plures, Vter horum, inter duos. Quot hominum: Hoc loco communes regulæ de Interrogatiuis

1. & Redditiuis obseruentur, uidelicet, Interrogatiuum & Redditiuum casu conuenire debent: ut, cuius est: patris. Cui dono: tibi. &c.

Infinita autem subiuncta cum sunt, perpetuò modum subiunctiuum uel potentialem postulant: ut, scio quid conere, sicut & aduerbia infinita: ut, hæreo an agam.

2. Partitiua omnia, ut, Alter Aiacum, Vterque nostrum. Hæc omnia, quoties non habent cum quo Intransitiuè construuntur, à genitiuo, qui sequitur, genus suum recipiunt, sicut & Transitiuè, cum alijs appellatiuis iuncta, ab ijs more adiectiuorum genus suum mutantur: ut, singulæ sororum, sola auium, alter Aiacum. Resoluitur autem is genitiuus per, e, ex uel de, ut, alter ex Aiacibus, sola ex auibus, singulæ sorores, uel de numero sororum.

3. Particularia aliqua, ut, Quidam, aliquis, nostrum. Et Particularia infinita: ut Quilibet & Quiuis uestrum.

Vniuer-

Vniuersalia quedam finita, quæ collectionem significant: ut, nullus hominum. nemo mortaliū. Et infinita, ut, Quisquis fuit ille deorum. Et hæc quando orationem inchoant alium sensum postulant: ut, Quidquid erit, superando omnis fortuna ferendo est. non autem quando sensum aliquem sequuntur: ut, Nascitur qualicunq; solo.

Numeralia nomina quando partitionem significant: ut, Cardinalia, unus nostrum. hoc etiā pluraliter effertur, additum nominibus pluralis numeri tantum: ut, unas literas, unæ nuptiæ &c. Item ordinalia: ut, primus omnium: Deinde distributiva: ut, singuli fratrum. Præterea construuntur distributiva cum nominibus pluralis numeri tantum: ut, binæ literæ, pro duab; epistolis.

Hic & latinæ numeratiōis obseruationes obiter recēse.

Primū cardinalia à decē ad sedecim ita inter se iungūtur, ut in cōpositiōe minor numerus præcedat: ut, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim. A sedecim ad uiginti, et eodē modo, septēdecim, octodecim, nouēdecim, et cum copula maiore numero præcedēte efferimur: ut, decē et septē, decē et octo, decē et nouē, qui duo postremi numeri etiā per subtractionē proscriuntur:

H 4 ut,

Obseruatio
Latine nu
merationis.

104 DE TRANSITI: NOM. CONST:
ut, duodeuiginti, undeuiginti, & sic in reliquis,
quæ in ginta exeunt: & duodetriginta, undetri-
ginta &c.

A uiginti ad centum, cum coniunctione minor
numerus, sine ea uerò maior præcedit: ut, unum
& uiginti, duo & uiginti: uel, uiginti unum, uî-
ginti duo, & sic de reliquis.

Supra centum sine & cum copula maior nu-
merus naturaliter præcedit: ut centum unus, cen-
tum duo, uel centum & unus, centum & duo.
Mille unus, mille duo &c.

Postremo in milibus numerandis eadem ratio ser-
uanda est, quæ intra centum præscripta est: ut,
sex & uiginti milia, uel uiginti sex milia, & de
cæteris similiter. Deinde similis est ratio in distri-
butiuis, ordinalib. & aduerbialibus: ut, undeni,
duodeni, undecimus, duodecimus, undecies, duo-
decies, ternideni, quaternideni, quinideni, seni-
deni, uel etiam conuerso ordine in his tribus, de-
niquaterni. deniquini deniseni. uerum deni sep-
teni, deni octoni, deninoueni, hoc uno tantum mo-
do dicuntur.

Sic etiam ordinalia, tertiusdecimus, quartusde-
cimus, quintusdecimus, sextusdecimus, septi-
musdecimus, octauusdecimus, nonusdecimus et
conuersim dicuntur. Item aduerbialia hoc mo-
do ef

do efferuntur, undecies, duodecies, tredecies, quaterdecies, quinquiesdecies, sedecies, septiesdecies, octiesdecies, nouiesdecies. Ei præterea à uiginti usq; ad centum similiter dicimus, in Distributiuis, uigeni uel uiceni singuli, uel singuli & uigeni & c. Item in ordinalibus, uicesimus primus, uel primus & uicesimus, atq; unus uel duo & uicesimus usitate. A centum uero, centeni singuli, centeni bini, milleni singuli, milleni bini, milleni terni, centesimus primus, centesimus secundus & c. millesimus primus, secundus & c. In Distributiuis autem & ordinalibus non adeo religiosè supra centum obseruatur ratio cum cōiunctione, sicut in cardinalibus. Porro & Aduerbialia proferuntur à uiginti, uicies semel, uicies bis, item semel & uicies, bis & uicies, & sic de reliquis aduerbialibus, quæ multiplicationi inserviunt, quibusq; peculiariter efferimus numeros, qui excedunt nongenta nonaginta nouem milia: XM. i. 100000, id est, decies centena milia, & sic consequenter, undecies, duodecies, uicies, tricies, centies, ducenties, millies centena milia.

Quæ est Quarta?

Superlatiua & Comparatiua quando partitionem significant, adsciscunt uel genitiuos plu-

106 DE TRANS: NOM: CONSTR:
rales, ut, doctissimus poëtarum: uel collectiui no-
minis genitiuos singulares: ut optimus plebis.
Resoluitur autē ille genitiuus per particulas, in,
de, è, ex, inter & ante. Mutuanturq; sicut parti-
tiua, genus à casu suo, quoties non habent cum
quomodo intransitiuè construuntur: ut, amplissi-
ma arborū, nisi in neutro genere ponatur: ut, co-
gunt tamen ultima rerum.

Aliquando tamen & Comparatiua et super-
latiua inseruntur orationi cum casu tantum po-
sitiui: ut, equitandi peritior & peritissimus, pa-
tri similior & simillimus.

Proximus autem peculiariter iungitur uel cū
datiuo: ut, proximus egomet mihi. Vel cum ac-
casatiuo: ut, proximus Pompeium sedebam. Vel
etiam intercedente præpositione, Proximus ad
dominam nullo prohibente sedeto.

Aliquando cum casu planè diuerso, &
positionis, & suo: ut, Nulla arte cuiquam infe-
rior. &c.

Quæ est Quinta?

Adiectiua, quæ curam, desiderium, noticiam,
aut metum aliquem & contra significant, geni-
tiuos adsciscunt: ut, Viue memor leti. i. Natura
hominum nouitatis auida.

Quæ

Quæ est Sexta?

Genitiuos adsciscunt & uerbalia pleraq; & participia quando in nomina degenerant: ut uerbalia in ax, in idus, & ius, qualia sunt capax, callidus, anxius & c. Et participia in ans & ens, in tus uel sus: ut, amans, appetens, consultus, falsus rerum.

Quæ est Septima?

Quæ uerò copiam aut contrā significant, modo Genitiuum modo Ablatiuum recipiunt, ut, diues pecoris. Diues agris, diues positus in foenore nummis. Hor: Plenus rimarum. Vacuus curarū & curis, & cum præpositione, uacuus à periculo. & c.

Quæ est Octaua?

Reus item, & quæ huic affinia sunt, Genitiuum pleraq; uel Ablatiuum adsciscunt: ut, reus furti. Hæc autem & reliqua adiectiua ordine literarum seorsim potius Linacæ recitanda putauit, quam parum tuto per locos seu regulas.

Quot sunt regulæ transitus

nominis adiectiui

in datiuum?

Vna traditur regula, nempe ista, Dativos ad-
 sciscunt, quæ commodum, similitudinem, facilitatem,
 amicitiamq; & contra significant, deniq; quib:
 commodi uel incommodi accessio alicui significatur:
 ut sunt, utilis, damnosus, periculosus, difficilis,
 supplex tibi &c. Sic & AEquiparantia, quæ aut
 Similitudinem, paritatem, uel simul esse significant,
 & quæ ex con præpositione sunt composita:
 ut similis, dissimilis, par, impar, æqualis, æquus,
 contrarius, socius, cognatus mihi. (Quorum multa etiam
 Genitiuos recipiunt, uel possessoris uel alia ratione:
 ut, Amicus Cesaris, Domini similis, Commune omnium,
 & Commune tecum.) Aut relationem ad aliquid
 significant: ut, Amator illi, Præceptor mihi.
 Huc pertinent & Verbalia in lis & Participialia
 in dus, præsertim quæ à passiuis uerbis ducuntur,
 ea passiuorum datiuum representat, ut, Amabilis,
 amandus mihi pro à me.

Quot traduntur regulæ
 de transitu adiectiuorū
 in Accusatiuū?

De Accusatiuo duo regulæ sunt communes.

Quæ est Prima?

Adiectiua

Adiectiua, Græca consuetudine, Accusatiuos partem significantes adsciscunt: (Quam constructionem Linacer ad Hellenismum refert) ut, Nuda genu.

Quæ est Altera?

Quæ certum magnitudinis modum aut spacium significant Accusatiuo casu uel Ablatiuo iunguntur cum Adiectiuis qualitatem significantibus: ut, longus sex pedes, uel longum sesquipede. Præterea & in infinitum transeunt Græca consuetudine, Aut in Gerundi modum, in dum, cum prepositione, in infinitis Actiuis: ut, bonus dicere .i. ad dicendum. Aut in u gerundium uel dum, in infinitis Passiuis: ut, cognosci dignus .i. cognitu, uel ad cognoscendum, siue ut cognoscatur.

Vterq; modus et per prouocabulum, Qui, eleganter redditur: ut, tu indignus, qui faceres, pro facere, uel ad faciendum. Non erit idoneus, qui ad bellum mittatur, pro mitti, missu, uel ad mittendum, siue ut mittatur.

Quot sunt regulæ communes adiectiuorum de Ablatiuo?

Sex.

Quæ

Quæ est Prima?

Comparatiua adsciscunt Ablatiuos : ut, doctior illo, qui in nominatiuũ cum electiua quàm atq; resoluì potest: ut, doctior quàm ille. Hanc constructionem & diminutiua comparatiuorum tantum habent: ut, Thais quàm ego maiuscula est.

Quæ est Secunda?

Ablatiuus instrumenti causæ uel materiæ subiicitur plerisq; adiectiuis: de hac regula agit Lina: in generali uerborum constructione.

Quæ est Tertia?

Etiam numeralia, quæ ordinis uocantur, & diuersitatis nomina ablatiuos adsciscunt, sed cū præpositione A, uel Ab. ut, Alter, diuersus ab illo, Sicut & ordinalia: ut, Primus ab illo.

Quæ est Quarta?

Dignus et indignus simpliciter Ablatiuos adsciscunt.

Quæ est Quinta?

Varia est constructio uocis Opus; sed Ablatiuum tamen sæpius adsciscit.

Quæ est Sexta?

Quæ

Quæ inesse, uel adesse alicui significant, aliquando Genitiuo, sæpius Ablatiuo efferuntur, nonnunquam Nominatiuo & Ablatiuo, rarius Nominatiuo & Accusatiuo.

Huc & illa refert Linacer, quæ significant aliquid de quopiam affirmari: ut, Genere Andria Natione Syrus. Prudens consilio. fuscus colore. Et quæ Apertius per Synecdochen efferuntur: ut, Crine ruber, niger ore. Forma pulcherrima Dido.

DE PRONOMI- NVM TRANSI- TIONE.

Quæ est ratio transitionis
Pronominum?

Pronomina uerius transitionem suis casibus recipiunt, quàm quòd eam in alia facerent.

Recita regulam Demonstratiuorum.

Demonstratiua primæ & secundæ personæ duplices genitiuos habent, qui pro duplici significatione, actiua uidelicet & passiuâ, diuersam constructionem recipiunt.

Explica istâ constructionis diuersitatem. Prius

112 DE PRONOM. TRANSIT.

Genitiuus
in i.

Primum Demonstratiuorum primæ & secundæ personæ genitiui in I, in singulari & plurali desinentes, (ut sunt, mei, tui, nostri, uestri, quibus & sui adnumeratur) succedunt uerbis, participijs & participialibus: ut, Pudet me tui. oblitus sui Ithacus. et amantissimus mei. Exceptis tribus uerbis, Est, interest & refert.

2.

Deinde Adiectiuis ferè omnibus subiiciuntur, quæ in Genitiuum feruntur: ut, Expers tui, fidissima tui. æmulus mei &c. Exceptis ijs quæ Partitionem aliquam significant, ut sunt, Numeralia, Partitiua, Particularia, Superlatiua, quæ Genitiuos in VM recipiunt: ut, Primus nostrum. Singuli uestrum. Quidam uestrum. Maximus natu nostrum.

Genitiui in
is & um.

Genitiui autem Demonstratiuorum istorum in Is, in singulari antiquitus, mis, tis, & in VM, in plurali, ut, nostrum, uestrum, succedunt appellatiuis nominibus: siue Subsistendi uerbum intercedat, ut, fundus seu ager est mis, tis, exoletè, pro quibus usurpantur, meus, tuus. item fundus est nostrum, uestrum, uel noster, uester. Siue non intercedat subsistendi uerbum: ut, Fundus mis, tis, nunc exoleti: uel meus, tuus, Amor nostru, uestrum, uel noster, uester. Exceptis appellatiuis partem generalem significantibus, quæ in genitiuum

genitiuum in i. feruntur, ut sunt, dimidium, pars, aliquid, nihil &c. Et quæ Passiue aliorum actionem in nos uel de nobis significant: ut sunt, cura, sollicitudo &c. mei, tui, sui, nostri, uestri.

Certis tamen nominibus utriq; & genitiui in i, et possessiua loco genitiuorum in is & um, indifferenter subijci possunt: ut sunt, causa, forma, imago &c. mei, tui, uel mea tua, hocq; usitatus est. Præterea cōmunis obseruatio est, genitiuos istos ipsius, solius, unius, duorum, trium, & sic deinceps, omnium, plurium, cuiusq; : & generaliter participiorum, ac insuper genitiuis mei, utrisq; genitiuis in I. & VM, per Appositionem subijci: ut, Si uoluntati omnium uestrum. mei solius immemor. sui ipsius, tui præsentis memor. mei timentis. Possessiuis uerò per Pleonasmum addi: ut, ex tuo ipsius animo, mea unius opera. Cum mea scripta legat uulgo recitare timentis. Cic: tuam uirtutem innocentia. domi togati. etc: timentis scilicet mei, togati uidelicet tui, genitiuum primitiui respicit. Sed Participium post hæc possessiua sæpe uertitur in prouocabulum qui & uerbum, ut pro timentis, qui timeam, dixeris: ut, Nunc mea scripta legis, qui sum submotus ad istum. qui uidelicet ego respicit.

I Quor

Quomodo fit Pronominū reciprocatio ?

**Reciproca
tio prono.**

I.

Pronominum primæ & secundæ personæ reciprocatio fit in eandem personam, per obliquos eiusdem pronominis: ut, Ego, qui mei memor, mihi conscius, me amo, mecum sum : Tu tui es. memor, tibi es conscius &c.

II.

Pronominum autem tertiæ personæ fit quidē reciprocatio in eandem .i. tertiam personam, sed non, ut in superioribus, per idē pronomen, uerum per aliud prorsum ab illis diuersum; idq; aut per reciprocum primitiuum sui, Aut per reciprocu possessiuum.

Quomodo fit per primitiū uum sui ?

I.

Reciprocum sui primitiuum, (quod sensum inchoare non potest, quum rektis careat) tantum in certas personas per obliquos suos transitionem regerit : idq; præsertim in uno sensu : ut, Reminiscitur sui, loquitur secum &c.

Atq; ubi unum uerbum duos sensus, uel clausulas regit: ut, non magis sibi, quàm alijs displicet eius negligentia. Quæ etiam inter unius sensus uerba referenda sunt, cum in altera tantum parte tota sit reciprocatio.

Et

Et altero uerbo interueniente per Antimetabasin alterius uerbi transitio in prius retorquetur reciproco primitiuo sui: ut, Hortatur te redire ad se. uel ut redeas ad se. Dicit te lesisse se, uel quòd lesisti se.

Antimetabasis. i. transitio reciproci primitiui sui.

Nonne & relatiua reciproci loco apud autores ponuntur?

Etiam per relatiua, ipse, ille, & is, autores interdum loquuntur: ut, neq; ignorauit, quæ eum manerent pericula. Non petit ut illum miserum putetis. rectius tamen (quæ se manerent, se miserum putetis) dictum esset, cum nihil aliud sit, ad quod reciprocum referri possit. Nam tunc relatiua adhiberi solent, quando non ad priorem, sed ad alteram personam interuenientem (siue expressè positam, siue subintellectam) respicitur: ut, Pater habet hospitem, petit ut ad illum uenias: Senatus iussit ut ad illum referretur, uidelicet ad iudicem, uel alium, non ad se.

Quomodo fit per Reciproca possessiua transitio?

Per reciprocum possessiuum fit transitus, Vel à tertia persona, non in eandem, sed in aliquid ab ea possessum: ut, Cicero, reminiscitur cliētum suorum, parcit errorib. suis, diligit rem suā, scripsit calamo suo. i. proprio.

Vel cōuersim ab eo quòd à tertia persona pos-
sidentur in ipsam, posito uel in Reflo: ut, indiget
Ciceronis suus filius. Et sua riserunt secula Meo-
nidem. uel in Obliquo: ut, Casari insidiari fami-
liares suos. Et interposito obliquo tertiæ per-
sonæ, ad quam refertur possessio: ut, Percussit il-
lum gladio suo.

Antimeta-
basis reci-
proci pos-
ses:

Deinde Et altero uerbo interposito, per anti-
metabasin posterioris uerbi transitio per recipro-
cum possessiuum in prius regetriur: ut, Horta-
tur te redire domum suam. Dedit quod erat præ-
cipuum rerum suarum. Scit quid doleat inimicis
suis.

Aut Participio interueniente, siue per Eccli-
sin subaudito: ut, Vidi columbam tristem in pe-
riculo pullorum suorum: siue expresse posito: ut,
uidi hominem serentem agrum suum.

Aut quauis etiam præpositione intercedente,
ut, comitatus es illum ad ædes suas. cœpit co-
lumbam cum pullis suis, etiam cum pullis eius, si-
ue ipsius, autore Valla.

Cæterum

Ceterum ubi tres sunt tertiæ personæ, quoties ad secundo loco positam refertur possessio, illis genitiuis potius utendum est, quàm possessiuis: ut, Cœpit furem cum socijs eius, potius quàm suis. Cum uerò ad primo loco positam refertur possessio, per suus loquendum est, ut, Deus tuetur hominem propter bonitatem suam.

Estne & alia personarum transitio?

Est enim alia personarum transitio, duarum uidelicet inter ipsas, quæ græcis ἀλλήλων πᾶσι δία dicitur, & fit præcipuè per istas particulas. Mutuo, inuicem, inter cum alio pronomine, & per Alter geminatum: ut, Amamus nos inuicem, mutuo, nos inter nos, alter alterum. Postremò de particula, Inter, ex Laurentio Valla annotauit, quòd ubi eam in eiusmodi transitione nominatiuis uel accusatiuis præcesserit, autores per, sui, loqui solere: ut, Omnes partes corporis inter se, suo quodam lepore consentiunt. Damonem & Phinciam Pythagoræos ferunt hoc animo inter se fuisse.

ἀλλήλων
πᾶσι δία

Inter cum
reciproco
sui.

Vbi uero genitiuis, datiuus, uel ablatiuus præcesserit, per ipse transitionem regerant: ut, Ipsorum inter ipsos consensu. Grammaticis & inter

Cum rela-
tiuio ipse.

118 DE PRONOMINIS TRANS:
ipſos & philoſophis pugna eſt. Magnis quoq;
autoribus incidunt aliqua vitioſa, et à doctis in-
ter ipſos etiam mutuò reprehènſa. Reliquorū
autem pronominum conſtructiones ad ſuperio-
res intransitiuæ uel etiam transitiuæ cōſtructio-
nis regulas congruunt. Hæc autem de geniti-
uis illis demonſtratiuorum, & de reciprocis pro-
nominibus ſeorſim obſeruāda ſunt, quòd in illis à
negligentib. ſæpe aberratur.

FINIS TERTII LIBRI.

LIBER QVARTVS.

Quid agit in Quarto
Libro?

In Quarto libro agit de transitiua Verbi &
Participij conſtructione.

Verbi conſtructio quomodo
diuiditur?

Verbi conſtructio in tria genera diuiditur, in
generalem, ſpecialem & idiomaticam.

Quæ eſt Generalis?

Generalis uerbi cōſtructio ea dicitur, quæ om-
ni uerborum generi cōmunis eſt.

Quæ

Quæ est Specialis?

Specialis appellatur, quæ singularum specierum seu generum. i. actiuorum, passiuorum et neutrorum uerborum, transitionem docet.

Quæ est Idiomática?

Idiomática uerborum constructio est, quæ seorsim peculiare & diuersas singularium quorundam uerborum constructiones suo ordine recenset: quas uel in eadem significatione sola auctorum cōsuetudine, uel ob signationis suæ diuersitatem recipiūt. Quæ ex ipso autore, iuxta Ordinem literarum disposita, petantur: hac igitur relicta, Specialis & generalis constructionis regulas breuiter percurramus.

Specialis uerbi transitio quotuplex est?

Duplex est: Alia est Simplex, Alia est Geminata seu diabatica.

Quæ est Simplex uerborum Transitio?

Simplex Verbi transitio est cuiusq; generis uerborū in certum aliquē casum, quæ ex significatione

120 DE TRANSITI: VERBI CONST:
ad tria genera reducuntur, ad Actiuum, Passiuū,
Et Neutrum. Deponens. n. actiui uel neutrius, Cō-
mune actiui Et passiuī uerbi significationem ob-
tinet, iuxta quam similiter construuntur.

Quot sunt regulæ transitiō- nis actiuorum?

I. Verborum actiuorum duæ traduntur regulæ.

Omne uerbum actiuum in accusatiuum patien-
tis personæ transit: ut, doceo puerum, Aro cam-
pum, Viuo uitam. quæ eodem sensu solui possunt
per sua passiuā: ut, puer à me docetur Et c.

II. Actiuorum quædam, quæ uidelicet uolunta-
tem, sensum Et affectum, aut facultatem signi-
ficant, loco accusatiui in infinitum modum, aut
simplicem, aut cum suo accusatiuo iunctum, trā-
seunt: ut, uolo, cupio facere, Et uolo te facere.
Quæ obliqua infiniti cōstructio in rectam resol-
ui potest: uel εἰδικῶς per particulam Quòd,
aliquando cum Subiunctiuo iunctam: ut, pro
Gaudeo te conualuisse, gaudeo quod conualu-
isti. Infidis quòd sit acerba monet. Vel τελικῶς
per Vt, pro Iubeo te pergere, Iubeo ut pergas.

Etiam quædam ante se infinitum, nominatiui
loco positum recipiunt, ut sunt, decet, delectat,
iuuat, oportet meminisse Et c.

Quot

Quot sunt regulæ de passiuorum transitu ?

Passiuorum duæ sunt regulæ Quarum prima est.

I.

Passiua omnia cuiuscûq; sint generis, in Ablatiuum agentis personæ cum A uel ab præpositione transeunt : ut, Docetur à me puer, aratur à me campus, uiuitur à me uita, quorum constructio rursus in actiuā eodem sensu resolui potest. Verti autē potest is ablatiuus ubiq; in Datiuum græco more, eiusq; usus post participia passiuā frequentior est : ut, Nulla tuarum audita mihi nec uisa sororum.

I.

II.

Passiua quoq; recipiunt modos infinitos & Post se : ut, Contemnere fulmina pauper creditur : Et Ante se nominatiui loco, ut, Locustas pennarum attritu sonare creditur. quæ constructiones inter se mutuò resoluuntur : ut, Pauperem contemnere fulmina creditur, Locustæ pennarū attritu sonare creduntur.

II.

Quæ sunt neutrorum regulæ ?

Neutra absoluta (à Græcis ἰσῆσται dicta, quibus actio uel passio in ipsis completa significatur)

I.

catur) quidem omnia, nominatiuo à fronte intransitiuè addito, aut etiam, (ubi is per se certus est) neglecto, contenta sunt: nec transitum ferè in alium casum faciunt: Vt sunt, curro, paleo, pluit, tonat &c.

Ex his tamen quedam, quibus intra ipsa finita significatur actio, in Accusatiuum cognatæ significationis, uel mensuræ transeunt: ut, Curro cursum, curro multum, uiuo uitam &c.

Deinde & in infinitum aliqua feruntur: ut, Cesso pulsare ostium. Præterea quæ motum totius corporis significant, ad perficiendum quippiam participiale uerbum in tum, uel sum adsciscunt: ut, Eo uisum, spectatum &c.

Quedam etiam passiuæ, (ut quæ in tur exeunt, & ad certum genus passiuorum referuntur). Ablatiuum agentis personæ, quando eam ostendere uolumus, recipiunt: ut, Cum ab hostibus timide pugnaretur. Deinde et infinitiuos sicut passiuæ adsciscunt.

II.

II.

Neutra transitiuæ quæ alicuius fauoris, occursum auxilij, obsequij, resistentiæ, aut similium significationem habent. Item à uerbo Sum (præter possum) composita simpliciter tantum in

Datiuum

Datiuum transeunt: ut Faueo, resisto, subuenio, obtempero, adsum, prosum tibi &c.

Quædam etiam cum infinito ferè à priori intransitiuè iunguntur: ut, Non uacat exiguis rebus adesse Ioui. Item Passiua tertiæ personæ existis neutris in o formata, etiam Datiuum ipsius neutri recipiunt: sed infinito à fronte reiecto et ablatiuo suo reseruato: ut, Occurritur nobis & quidem à doctis.

III.

III.

Neutra quæ mensuram uel spaciū significāt, in Accusatiuum uel Ablatiuum certæ mensuræ transeunt: ut, Tres pateat cœli spaciū nō amplius, ulnas, distat tribus milliaribus &c.

III.

III.

Verba neutra quæ copiam uel defectum significant in Ablatiuum uel etiam Genitiuum transeunt: ut affluo, abundo copijs. quasi tu huius indigeas patris.

V.

V.

Verbum Sum, quod est Neutrum absolutum substantiæ, etiam in alios casus transitum facit: Modo in Genitiuum possessoris: Ut, Pecus est Melibœi. Modo in Datiuum habendi significatione: ut, Est

ut, *Est mihi namq; domi pater .i. habeo: Et præter illum quoq; alium Dativum Commodi* *ἔστι μοι* *ἔστι μοι* transit: ut, *Est mihi lucro, uoluptati, curæ, usui &c.* Modo in Ablativum uel etiam Genitiuum quo aliquid adesse uel inesse significatur: ut, *Erat procero corpore, Acri ingenio. Est amplissimi corporis, ceruice ualida. &c.*

VI.

Tria neutrorum defectiua, *Est simplex, Interest & refert*, in genitiuos transeunt: ut, *Est mei officij, Interest reipub. Vt illorū magis quàm sua retulisse uideretur.* Possessiua uerò Pronomina uel nominis *Re*, ex quo *Interest & Refert* componuntur, intransitiuam constructionem recipere uidentur: ut, *mea, tua, sua, nostra, uestra, sua, cuius refert, interest.* Sicut et simplex uerbū. *Est, cum possessiuo neutro, nominatiuo casu iungitur, ut, Est meum.*

Hec de Simplici specierum
uerbi transitione bre-
uiter decursa sint.

Quæ est Geminata transitio,
seu diabatrica constru-
ctio:

Geminata

Geminata transitio seu diabolica constructio *Astiuorum*
 praesertim astiuorum est, quorum aliqua praeter *diabasis in*
 Accusatiuum suum adhuc in alterum casum tra-
 seunt.

I.

Quaedam in Genitiuum uel Ablatiuum, qui ac- *Genitiuum*
 cusationem uel crimen significat: ut, Alterum co- *uel Ablati-*
 iurationis accusat, Astringit se furti & furto. *uum.*

Quaedam in Datiuum eius rei, quae ad quaesti- *II.*
 onem cuius apte redditur, & quae a praeter & ante *in Datiuum.*
 sunt composita: ut, Subijcio me tibi. praepo- *III.*
 hunc illi. *in Accusa-*

Quaedam in alterum accusatiuum: ut, Doceo *tuum.*
 te literas, & similia. item Vocandi uerba, & cum
 his facio & praesto: ut, Voco seu nomino te Iuli-
 um. Facio te arbitrum. Fecit eum peccatum.
 Praesta te uirum.

IIIL.

Quaedam in Ablatiuum, ut uerba copiae & *in Ablati-*
 inopiae, & quae prohibendi, auferendi, aut cog- *uum.*
 natam significationem habent: ut, Imbuo te lite-
 ris, Spoliavit ipsum uita. Onerat te mendacis,
 Ego hoc te fasce leuabo. &c.

Item quae praelationem excessumque significant
 uel eius rei sunt, in qua est praelatio: ut, Praefero
 hunc multo. Paulo illum superat. Praecellit illos
 uirtute &c.

Quaedam etiam, ut uerba auferendi uel sepa-
 randi

V.
In Ablati-
uum cum
præpositi-
one.

Passiuorū
diabasis.

randi, petitoria, & interrogatiua Ablatiuum cum præpositione, aut etiam eius loco datiuū recipiunt: ut, Aufero hoc abs te, uel tibi. Peto, quero illud abs te.

Deinde & passiuæ suorum actiuorum casum in diabasi positum, etiam post Ablatiuum suum, ut communem; retinent: ut, Accusaris à me furii, uel furto. Doceor à te literas &c.

Exceptis uocandi uerbis, quæ casum secundæ transitionis mutant, ut, Nomino te Iulium, tu à me nominaris Iulius, & non Iulium.

Generalis seu omni uerborum generi communis construc- tioni quot sunt regulæ?

Generalis
const: Re-
gulæ 9.

Regulæ, quæ generalem seu omni uerborum generi communem constructionem docent, traduntur nouem.

Dic Primam.

I.

Quodlibet uerbum admittit datiuum personæ uel rei, cui qualicumq; modo aliquid in gratiam uel commodum acquiritur, aut contra adi-mitur: ut, Nescio quis teneros oculos mihi fasci-nat agnos. Huic non tibi habeo, ne erres. Di-ruta sunt alijs uni mihi Pergama restant, &c.

Quæ

Quæ est Altera ?

Omne uerborum genus, ablatiuo iungi potest eius rei, quæ uel causam, uel instrumentum, uel modum actionis significat: ut, Oderunt peccare boni uirtutis amore. Percussus est securi. Res magna dexteritate acta est.

II.

Recita Tertiam?

Mercandi uerba, & alia, cuiuscunque sint generis Ablatiuum appellatiui nominis adsciscunt, qui precium significat: ut, Vendidit hic auro patriam. nihil carius constat quam quod precibus emitur. Quædam tamen certa nomina appellatiua & adiectiua cum quibusdam uerbis in genitiuo casu efferuntur: ut, flocci, nauci, nihil facio, pendo, uel æstimo. Tanti, quanti, minoris, pluris, quantiuis, magni interest, parui refert, &c.

III.

Dic Quartam?

Etiam post non pauca uerba dictio, qua pondus liquidine mensura significatur, in Ablatiuo ponitur: Licet non adeo multis ut in superioribus commune sit: ut, Bibitur recens, drachmis quatuor, cyathis tribus, ad cordis uitia &c.

IIII.

Que

Quæ est Quinta ?

V. Præpositio quoq; cum suo casu omni uerborum generi succedit: ut, Sum in agris, Iaceo ante pedes, iuxta muros, prope flumen, Et sic de reliquis.

Quæ est Sexta ?

VL

Verba ex præpositionibus ab, ad, con, de, è, ex in, inter composita, pleraq; eandem præpositionem cū suo casu recipiūt: ut, Facile se à uiris abstinerūt, Abhorret à ueritate, Adibo ad patrē, uel adibo patrē. Cū abesse ab Amāno etc. Quædā uerò Actiua Et Neutra, ex præpositionib. Ad, con, in, composita, non solum præpositionem cū suo casu, sed etiam eius loco Datium recipiunt: ut, Accedit fatis, Concessit ad fata. Collatus ad illum, uel illi. Noua religio in te incesit, regibus incesit Et c. Et præterea cum, à, ab, de Et ex composita: Est uirtus placidis abstinuisse bonis. Sic etiam quæ ex ad, con, in, per, componuntur, ui præpositionis eius casum admittunt, ipsa præpositione ad casum non repetita: ut, Tyriam quæ adueneris urbem. Et c.

Quæ est Septima ?

VII.

Urbium Et oppidorum propria nomina, Et duo appellatiua, rus Et domus, post cuiusque generis

ris accommodatum uerbum succedere possunt: uel ad Locum in Accusatiuo ad quæstionē quo: ut, eo Romam, rus, domum. Aliquando etiam cū præpositione: ut, In Italiam profectus.

Vel A loco in Ablatiuo ad quæstionem Unde: ut, Veni Roma, ex Italia. Quo casu etiam per locum significant, ad quæstionem Qua: ut, transiui Roma, rure & domo. Vel in Loco ad quæstionem Vbi: redduntur aut Genitiuo, si singularia primæ uel secundæ declinationis fuerint: ut, fui Romæ. aut in Ablatiuo, uel etiam in Datiuo, si pluralia primæ & secundæ declinationis, siue tertiæ declinationis nomina fuerint: ut, Sum Athenis. Sum Carthagine & Carthagini. Quorū naturam 4. appel: imitantur, domi, militiæ, belli, humi, hoc tamen non semper in eadem significatione. Domi quoq; 5. tantum pronominib: et uni nomini iungitur: ut, domi meæ, tuæ, suæ, nostræ, uestræ, alienæ.

Quæ est Octaua?

Nomina temporis etiam cuicunq; uerbo succedunt, uel in Accusatiuo, tunc potissimū quando, ad quæstionem Quamdiu: de duratione aut continuo tempore sermo est: ut, Tercentum totos regnabitur annos, Noctes atq; dies patet

atri ianna Ditis. Nonnunquā etiam cū ablatiuo:
ut, Vixi annis uiginti nouem imperauit triennio.

Vel in ablatiuo plurimum ad quæstionē Quan-
do, uel quo tempore: ut, Veni hora prima. Super-
rioribus diebus ueni in Cumanum. Ab hinc annis
quīndecim. Anno millesimo quīngētesimo quīn-
quagesimo septimo.

Raro in accusatiuo: ut, profectus id tempus,
per Eclipsin particulæ circa uel circiter.

Præpositiones interdum adduntur in circum-
stantia aliqua significanda: ut, Veni ad diem sta-
tutum, in ipso tempore &c.

Quæ est Nona & ultima?

IX.

Postremò nullum est uerbū, quod sensum con-
iunctioni, Vt, subiectum, τελικῶς post se non ad-
mitteret: ut, doceo Grammaticam, ut alij eam
discant. Doceor Grammaticam, ut emendatè
loquar. Adsum ut doceam, uel docear. Surgo
ut sedeas.

Quæ est Participiorum con- structio?

Participia & participialia uerba imitantur
uerborum suorum constructionem: sicut. & indi-
catiui sui syntaxin reliqui modi sequuntur.

Quam

Quam constructionem Participia recipiunt ?

Participia ipsa utranq; iustæ prosopices constructionem recipiunt, Et intransitiuā iuxta eisdem regulas : ut res audita mihi non credita. in qua obseruentur Ablatiui in consequentia positi altero participij altero nominis, aut etiam alterutro subaudito, uel Participij ablatiuo : ut, Henrico rege .i. existente, uel nominis Ablatiuo : ut, Permissso seu dicere prius, seu audire uellet. Et Transitiuam suorum uerborum constructionem recipiunt : ut, Amans uirtutem. Auditus à me. Vbi tamen quædam participia præterita notentur, quæ in accusatiuum feruntur, Vt exosus, perosus, pertæsus ignauiam suam & etiam in Datiuum : ut, perosus populo & exosus dijs &c.

Et quædam alia, quæ in Ablatiuum, sine præpositione à uel ex, græco more transeunt : ut, natus, prognatus, satus, cretus, creatus, ortus, editus terra. Bonam bonis prognatam.

Præterea etiam singulare compendium & elegantia orationis in participijs obseruetur. Quòd ea, quæ aliàs per duo uer-

134 DE PARTICIP: VERB: ET
ba & coniunctionem dicenda sunt, aptius per
participia absq; copula efferatur: ut, Atherba-
lem cruciatū necat, pro cruciat et necat. Itē, cir-
cūdedimus castris fossam et uallū, ne uenientes ho-
stes nos opprimant. i. ueniant & opprimant.

Quæ est Participialium uer- borum structura ?

Participialia uerba ab actiuis uel neutris de-
ducta retinent casum sui uerbi: sicut antea in cō-
muni regula dictum est, ut Genitiuus in dī, quī
uel appellatiuus uel adiectiuis facultatem signifi-
cantibus succedit, Efferor studio uidendi patres
uestros. Similiter casus in Dō, qui nunc Dati-
uus est, & cū transitione usurpatur: ut, Pauperi
soluendo non sumus. & sine transitione: ut, non
sum soluendo. nunc Ablatiuus sibiq; uerbi sui ca-
sum subiicit: ut, hos accusando. & sine & cum
præpositione intransitiuè & transitiuè iungitur:
ut, Omnia conando docilis solertia uincit. si in-
tersector esset in confitendo. Amor siue amicitia
utrumq; ab amando.

Præterea in Dūm casus aliquando accusati-
uus est: ut, & tunc & transitiuè & intransiti-
uè post aliquas præpositiones construitur: ut, Ve-
nio ad speculandum arcem. Inter agendum & c.

Aliquan-

Aliquādo nominatiuus siue accusatiuus necessi-
tatem significans, tunc alterius cuiusdam gene-
ris potius est, quod Græci per suum *δεῖ* *ἔοι* in
εὖ *οὕτως* uel *εὖ* *οὕτως*, Latini per debet uel oportet reddūt.
Hoc à quocunq; sit uerbo datiuum admittit, aut
etiam casum uerbi sui unde ductum est, uel casum
omnino nullum: ut, *Vigilandum est nobis. Serui-*
endum est mihi amicis. Nunc est bibendum, nunc
pede libero pulsanda tellus.

Ab actiuis quæ ducta sunt rarius ita usurpā-
tur, quòd istorum loco participium usitatus est:
libentius enim *Alendi canes*, quàm *alendum ca-*
nes dicimus.

Accusatiuus uerò in *Tum* uel *Sum*, post uer-
ba motus adhibetur: Vt aut *Græijs seruitum ma-*
tribus ibo. Venio spectatum.

Tu uel *Su* deniq; Ablat: absolutè tantū legitur:
ut, *Primus cubitu surgat, postremus cubitū eat.*

Participialia autem uerba illa, à passiuis du-
cta, absolutè leguntur omnia: ut, *Athenas eru-*
diendi gratia missus. i. ut erudiatur. Ad cogno-
scendum omnia illustria. Alitur uitium crescitq;
tegēdo. Coctum ego non uapulatum dudū con-
ductus sum. Damnatum iri. Nec uisu facilis.

136 DE SYNCATEG: PART: NON
Adde & participialiũ nomi-
num constructionẽ.

Participialia nomina in Dns plerumq; dati-
uum agẽtis personæ postulant: ut, Frater est ex-
pectandus mihi. restat Chremes, qui mihi exoran-
dus est.

Raro ablatiuum cum præpositione: ut, A te
non ulciscenda sunt, etiamsi non sint dolenda.

De participijs, quando in nomina degene-
rant, & participialia nomina fiunt, quòd no-
minum more construuntur, antea in nominis cõ-
structione significatum est.

FINIS QVARTI LIBRI.

LIBER QVIN-
TVS.

Quid agit in Quinto Libro?

In quinto libro tractat Syncategorematicam
sermonis constructionem, quæ maximè est parti-
um non declinatarum.

Estne ne aliqua cõmunis Syn-
categorematicæ constru-
ctionis regula?

Par-

Partium consignificatarum traditur generalis regula, quæ similis est isti, quæ in Intransitiua partium declinabilium constructione præmittitur. Quod si quæ particulae in sua significatione accidens quoddam constructionis cum declinatis commune habuerint, in illo tantum cum eis iungantur: quæ uerò nihil commune habent omnibus indifferenter iungi possint: ut, Heri, aduerbium præteriti temporis, tantum præteritis uerborum iungitur: ut, heri scripsi, scripsisti, scripsit &c. Sic, utinam, Optatiuo tantum, sed per omnia tempora et personas iungitur. Aduerbia autem Qualitatis, Quantitatis & alia partium inflexibilium genera, quæ nihil commune cum declinatis habent, omnibus uerborum generibus, modis, temporib. personis & numeris indifferenter iunguntur.

Communis
Regula.

Quæ est Præpositionum constructio?

Præpositiones extra compositionem cum uerbis uel aduerbijs non iunguntur, sed cum suis tantum casibus construuntur. Quædam cum Accusatiuo: ut, Ad, apud & ceteræ. Quædam cum Ablatiuo: ut, A, ab, cum reliquis, etiam sub diuersis cuiusq; particulae significationib. quæ supra explicatæ sunt.

Præpositio
num const:

Quædam cum utroq; casu iunguntur: uel pro diuersa significatione: ut, *in, sub, & super*. Vel in eadem significatione, ut, *in, subter, clam, tenus, procul*, quarum exempla in tabula spectentur.

Ex his autem priuatim *Tenus & Versus* distinctiones non præcedūt, sed sequūtur, etiam, *Cum*, post prouocabulum & quædam pronomina: ut, *Pube tenus, Pectoribus tenus, Romam uersus. Quicum, Quocum, Mecum, Tecum.*

Aduerbia cum quibus constructuuntur ?

Aduerbiorum const. Aduerbia partim in quosdam casus, partim in uerborum modos et tempora, partim in quædam peculiaria nomina ius constructionis habent: ut per genera aduverbiorum in ipsorum diagrammate perspicuè omnia oculis subiiciuntur.

Estne & Interiectionum alia qua constructio ?

Interiectionum const. Interiectiones uerbis quidem ut Aduerbia non coherent, sunt tamen quæ uarios nominum casus exigunt: ut, *Hei* cum datiuo & nominatiuo: ut, *Hei mihi, hei misera. Veh* cum datiuo: ut, *Veh tibi causidice. Heu & proh* cum nominatiuo & accusatiuo: ut, *Heu pietas, Proh Iupiter, Heu stirpem*

stirpem miseram. Proh deum atq; hominum fidem. Atque ô cum nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo iungitur: ut, ô uir fortis et amice, ô felicem nimium, ô mi frater. Atq; sæpe etiam absolutè orationi inferuntur: ut, Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Quæ est Coniunctionum constructio?

In Coniunctionib. primum Ordo considerandus est, quo Aliæ sunt postpositivæ seu Encliticæ: ut, ne, ue, quoq;, quidem, uerò. Aliæ præpositivæ: ut præter illas reliquæ omnes. Aliæ quæ sensum, in quo habentur, alteri sensui præponi uolunt: ut, Cōtinuatiuæ, Subcontinuativæ, Aduersatiuæ, & particula Ne, quum eam An uel Ne sequitur.

Coniunctionum cōst:

Deinde & uis seu potestas spectanda restat, Quæ est uel in iungendis longioris sermonis sententijs, quæ ratio ex coniunctionis specierum definitionib. antea explicatis, ferè constat: Vel in aliarum partium, casibus, generibus, numeris, & temporibus connectendis, aut in modis uerborum mutandis, quæ ratio in singulis generibus, eorumq; particulis, (latini sermonis proprietate simul considerata) uel solo diagrammatis intuitu facillimè obseruari poterit.

K 5 Qua

140 DE TRANS: VERBI CONS:
Quare prolixio rem illorum repetitionem breuitatis gratia in hac Isagoge consulto intermittimus, ut ad alterum constructionis genus, quod Inustum seu Figuratum appellatur, perueniamus.

LIBER SEX- TVS.

DE FIGVRIS.

Quid agit Linacer in Sex-
to Libro?

Solæcismus In Sexto libro agit de constructionis Figuris, quæ generali uocabulo Solæcismi à ueteribus dictæ sunt, quo nomine aliàs orationis seu incongruæ constructionis uitia appellantur.

Quare autem nunc Figuræ
& non uitia orationis
appellantur?

Figuræ. Quia publicè à probatis autoribus, uel necessitate quadam, uel singulari commoditate frequenter usurpantur.

Figura igitur in quot specie-
bus etatur generibus?

*In tribus, In numero uidelicet, ordine, et im-
mutatione.*

Quæ referuntur seorsim ad
Numerum?

Quæ in defectu atq; excessu consistunt.

*I.
In Numero
defectū fo-
ris petentes*

Quæ consistunt in Defectu?

*Eclipsis, Aposiopesis, Zeugma, Syllepsis,
Prolepsis & Anapodoton.*

Quæ uero in Excessu?

*Pleonasmus, & sub eo Parelcon & Epanale-
psis.*

Quid est Eclipsis?

*Est dictionis ad legitimam constructionem in
sensu, necessaria defectus. Quæ cum foris sit* *I. Eclipsis.*
*petenda, uel consuetudine autorum subaudiri
solet, uel ex cæteris uerbis certa est.*

In quibus Orationis parti-
bus accidit?

In omnibus.

Quando in Nomine?

Duplici.

In Nomine

Duplici ratione. Aut .n. est Eclipsis nominis Appellatiui: ut in illo, Vbi ad Dianæ ueneris, ito ad dextram: desideratur templum uel ædes. Aut adiectiui: ut in isto, Omnibus ex illis Laide captus erat .i. sola.

Quomodo in Pronomine?

In Pronomine,

Aut Eclipsis est pronominum Demonstratiuorum usitate in uerbis primæ uel secundæ personæ: ut, scribo, scribis, scilicet ego, tu. Nisi adhibeatur discretionis uel emphasis causa: ut, Ego quidem ualeo. Item: Ego postquã te emi à paruulo. Sic, Tu, uocatiuus priuatiu desideratur post omnem uocatiuum, cui uerbum secundæ personæ additur: ut, Qui sit da Tyrire nobis. Etiam post ipsius Tu Vocatiuum: ut, O tu accede, uidelicet tu.

Aut Pronominis Relatiui: ut, Imposito raphano scorpionibus moriuntur, scilicet illi uel ipsi. Aut Possessui: Frigidius glacie pectus amantis erat, scilicet meum. Aut prouocabuli Qui, uel Is relatiui: ut, Vrbs antiqua fuit. Tyrj tenuere coloni, subauditur quam uel eam tenuere.

Dic exemplum Verbi Eclipseos.

In Verbo.

Verbũ, SVM, in omnibus modis desideratur: ut,

ut, Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris: scilicet estis. Similiter uerbum uideo, dico, uolo, facio, respondeo, & alia.

Quæ est Participij Eclipsis?

Eclipsis Participij rarior est, nonnunquam *In Participi.* tamen per eam subauditur, Ens uel existens: ut, Homerus Poëta scilicet existens. Sic sufficiens uel potens: ut, Qui oneri ferundo essent, scilicet sufficientes.

Quomodo fit Eclipsis Præpositionum?

Præpositiones utriusq; casus frequenter desiderantur, ut Ad, & Ab antè uerbum nomina, ad quæstionem Quo: reddita: ut, Eo Romã, Venio Roma. *In Præposi.* Etsi autem ideo Eclipticões dicta uideantur, quod in quibusdam exemplis Præpositio addita reperitur: tamen frequentiori latinitatis usu præpositiones omittuntur, ut potius ibi per pleonasmũ additæ, quàm hîc per Eclipsin omisæ existimarentur. Sic Vergil: Cum Iuppiter æthere summo despicies scilicet ab. Item post, propter, cum, de, è, pro, in, & c. subaudiuntur.

Quomodo fit Aduerbiorum Eclipsis?

Aduerbia

In Aduer-
bijs.

Aduerbia uix desiderantur, siue quia certa non sunt, siue quia id quod in nomine & uerbo incertum est definiunt. Hæc tamen interdum deficiunt. Antè & post, ante quàm & post protinus uel statim, pridie & postridie, non solū. Ita similitudinis ante: ut Horat: *Quanquā ridētē dicere uera Quid uetat e ut pueris olim dant crustula blandi. Doctores &c. pro ita ut olim dant.* Præterea Vt ante exempla ipsi subiicienda. Vsq; & Non, uarijs modis desideratur, ut exempla in tabula declarant.

Interiectionū Eclipsis quæ est?

In Interiect.

Interiectiones, quæ ut Aduerbia uerbis non cohererent, minus ipsis aduerbijs orationi desunt.

Dic Coniunctionū Eclipsin.

In Coniūc.

Coniunctiones desiderantur uel maxime in latina oratione, uidelicet Copulatiuæ, Discretiuæ, Disiunctiuæ, Causales & aliæ: ut, *Ferte citi flammæ, date tela, impellite remos, deest hîc, &c.* Plura exempla ex tabulis & ipso autore petenda breuitatis causa relinquimus.

Quomodo Aposiopesis defectum petit?

II.

Aposiopes-
is.

Aposiopesis etiam numeri defectum foris petit, sed prætermissum.

Primum

Primum ex aliquo affectu, idq; uel ex ira: ut,
Quos ego, sed præstat motos componere fluctus.
Vel ex Pudore: ut, Nouimus & qui te transuer-
sa tuentibus hircis. Vel ex Timore: ut, De
nostrum enim omnium, non audeo totum di-
cere.

Deinde & transitus gratia ad aliud quod ma-
gis urget, idq; trifariam. Aut cum per seip-
sum quis tacet & ad aliud transit, ut, Ecce au-
tem de integro, nisi quicquid est, uolo scire.

Aut cum per se tacet, nec ultra aliquid loquitur:
ut, Iam si ullum uerbum posthac. Aut cum ta-
cet alterius personæ interuentu: ut, Ita nunc res
est, quasi cum. Ibi cessat, Clitiphone ipsum inter-
pellante.

Quomodo detractio ἀπὸ κοινοῦ
defectum petit?

Detractio ἀπὸ κοινοῦ defectum non foris,
sed ex proximo commune aliquid in una clausula
positum, in alijs subaudiendum repetit.

Defectum
ἀπὸ κοινοῦ
petentes ex
proximo
membro.

Quot sunt huius figuræ?

Tres.

Quæ sunt illæ?

Zeugma, Syllepsis & prolepsis.

Quid

I.

Quid est Zeugma?

Zeugma.

Zeugma est quoties in similib. clausulis commune aliquid in una positum, in alijs non mutatum repetitur.

I.

Quot modis hoc fit?

In communi ipso, quod repetitur.

Tribus.

Quomodo Primo?

1.
Aut ipsum uerbum.

Si inspicias id, quod detrahitur uel repetitur tripliciter, Aut uerbum ipsum: ut, Non locus uirum, sed uir locum honestat, ubi in prima clausula est repetendum uerbum, honestat. Aut quod uerbum præcedit: ut, Probus non solum præsentis amicos colit, sed etiam absentes amicos obseruat: repetitur probus. Aut quod uerbum sequitur: ut, Probus absentes amicos tuetur, ita improbus absentes destituit, scilicet amicos.

2.
Aut quod uerbū præcedit.

3.
Aut quod uerbū sequitur.

Atq; in his duobus posteriorib. modis quadrupliciter fit ista repetitio, Aut. n. unica distinctio. Aut plures. Aut totum quod uerbū antecedit uel sequitur cum uerbo, Aut ultra id aliquid ex antecedenti uel consequenti mēbro repetitur, ut exempla in tabula ostendunt.

II.

A loco ex quo repetitur.

Quomodo Secundo?

Si inspicias locum, unde detrahitur commune positum

positū in clausula uel priori, & dicitur Prozeugma: ut, Vicit pudorem libido, Timorem audacia, Rationem amentia. Vel postrema, & dicitur Hypozeugma: ut, Non Venus & uinum sublimia pectora frangit. Vel media, & dicitur Meszeugma: ut, Corpus aut sanum, aut egrotum est, aut neutrum.

I.

Prozeugma.

2.

Hypozeug.

3.

Meszeug.

Quomodo Tertio?

Si inspicias particulas, quæ plures clausulas committunt, in tribus quatuorue ad summum partibus.

III.

Ab illis partibus, quæ clausulas committunt.

Quæ sunt illæ?

Nomen, Aduerbiū, Coniunctio & Participium.

Quomodo in Nomine?

In nomine Zeugma faciunt Relatiua substantiæ & accidentis. Item Redditiua & Vniuersalia infinita: ut, Virgilius est, qui enarratur, uidelicet Vergilius.

Quomodo in Aduerbio?

Aduerbia ex nominibus deducta faciunt Zeugma: ut, Studet impense, quantopere nullus. Itē aduerbia Collationis, Paritatis & Congregandi siue negatiue solitudinis: ut, Sic tibi inuidet, ut mihi

L

mihī. Tam deest auarō quod habet, quā quod non habet. Item, Non solum nobis nati sumus, sed etiam amicis & patriæ.

Quomodo in Coniunctione?

Zeugma constituunt Copulatiuæ, Distinctiuæ, Discretiuæ & c: ut, Socrates iudicatus est sapiēs, & Aristides iustus.

Quomodo in Participio?

In Participio etiam aliquomodo fit per particulas. Ne dicam, & uerbum dico in Epexegeſi: ut, An sperasset hoc uiuo Milone, ne dicam consule, pro consule Milone uiuo.

Quid est Syllepsis?

II.
Syllepsis.

Syllepsis est cum in dissimilibus clausulis commune aliquid, quod in una ponitur, in alia mutatum desideratur.

Syllepsis quot fit modis?

Tribus.

Quis est Primus?

I.
Per accidentia.

Primum Syllepsis fit per Accidentia partium, in Verbo, Nomine Adiectiuo, Nomine & Pronomine Relatiuo, & Participio: quæ communis locum sustinere possunt, & repetita in Accidentibus suis mutanda erūt, in Syllepsi Generis, Personæ & Numeri: sed in his saltem, uel singulariter

ter Commune ponitur, & tunc cum propinqui-
ore conuenire debet. Et fit per Genus, quod mu-
tandum est: ut in illo, Vtinam aut hic surdus aut
aut hæc muta facta sit. Et per Personam, quæ in
repetitione mutanda est: ut, Ille penè timore, ego
risu corruui. Et per Numerum: ut, Hic illius ar-
ma, hic currus fuit. Vel Pluraliter, tunc Commu-
ne cum digniori conuenire debet. Est autem in-
ter genera Masculinum dignius Fœminino & plurale cū
Neutro, & Neutrū Fœminino dignius: ut, Mulci
beris capti Marsq; Venusq; dolis. Itē, Cæsosq; re-
portauit, Almonē puerū fœdatiq; ora Galeſi. Itē,
Genus, ætas, eloquentia propè paria fuere.

Et inter personas, quarum prima dignior est
secunda & tertia, secunda uerò tertia: ut, Hæc si
neq; ego, neq; tu fecimus. Item, Ego et suauissimus
Cicero ualeamus. Item Si tu & Tullia lux nostra
ualetis. Sic in Casu Syllepsis fit maximè per rela-
tiua: ut, Arma uirumq; cano, Troiæ qui primus
ab oris. In modo syllepsis per intercedentia ad-
uerbia similitudinis, per Coniunctionem copula-
tiua, & per saltem. Item per prouocabulū: ut,
Fremis quasi leo, uidelicet fremat, uel esses &c.
In tempore syll: ut, Cum antea uirum te ostendi-
ſti, tūc hic uel maximè, uidelicet ostendis.

Casus.
Modi.
Temporis
syllepsis.

Quis est Secundus modus?

II. Syllepsis etiam fit per ipsas partes, quando
 Per partes aut eadem uox, sed in diuersa significatione re-
 ipsas. petitur, ut, Nō peto, quas quondā petijt studiosus
 Athenas, Oppida non Asiæ non mihi uisa prius.
 Non ut, Alexātri claram delatus ad urbem, De-
 licias uideam nile iocose tuas. in prioribus peto
 pro adeo, in posteriore pro rogo uel postulo ac-
 cipitur &c. Aut uox planè diuersa aliunde as-
 sumenda est: quare Eclipsis meritò diceretur: ut,
 Disce puer uirtutem ex me uerūq; laborem, For-
 tunam ex alijs uidelicet opta. Non .n. discitur for-
 tuna, quare nō idem uerbum discō, sed aliud eius
 loco assumendum est.

Quis est Tertius modus ?

III. Tertio etiam aliquando Syllepsis in una clau-
 In una clau sula admittitur, cum duarum dissimilium uocum,
 sula Sylle- altera earum non ad uocem, sed ad rem signifi-
 psis. catam refertur (quam uulgò Synthesin uocant)
 idq; modo per genera : ut, Vbi illic est scelus, qui
 me perdidit .i. scelestus homo.

Modò per Numeros : ut, Pars in frustra se-
 cant. Modò per Genera & Numeros simul : ut,
 Pars mersi tenuère ratem.

Seugma deniq; & Syllepsis quomodo in re-
 sponsonib. accidunt, ex tabulis, & in ipso au-
 tore cognoscas.

Quid

Quid est Prolepsis?

III.

Prolepsis est cum generale præcedit, & idem Prolepsis. diuiditur in partes, in quibus etiam subauditur, & præterea Coniunctio aliqua copulatiua uel disiunctiua: ut, Aquilæ uolant, hæc ab oriente, illa ab occidente, pro, & hæc quidem uolat & illa, uel illa uerò, uolat.

Hactenus de illis figuris, quæ in Numero plenæ constructionis, uel foris, uel ex proximo membro petendæ, deficiunt.

Sequuntur, in quib. aliquid abundat.

QUID EST PLEONAS-

MVS?

Cum una, pluresue dictiones ad legitimam cōstructionem non necessariae in oratione redūdāt. in excessu.

Per quas Orationis partes hoc fit?

Per plerasq; omnes.

Aut per Nomina, uel Appellatiua, uidelicet ocu- Nominis.
lus, os &c. Sic ore locuta est. Vel Adiectiua, ui-
delicet quæcūq;, omne &c. Omne quicquid ob-
uium fuerat proterentem. Aut per Pronomi- Pronomin:
na,

- Verbi.** na, me, te, se accusatiuos et ablatiuos geminatos: ut, Meme adsum, Meme duce. Aut per uerba uidelicet Dico, præsertim apud Cic: Cui cum familiaris quidam quereretur, quod diceret, uxorem suam se suspendisse de ficu. Aut per Participij, quod etiam nonnunquam redūdāt, sed Græco more, de quo in Hellenismis. Aut per Præpositi-
onis. onis. præpositiones: ut, Ad, ab & per, ante urbium nomina redundant. Ea die Verres ad Messanam uenit. Aut per Aduerbij, Aduerbia scilicet, retrò, antè, simul, post uerbum à re, præ, con, compositum: ut, Retrò redit. Nonne oportuit præscisse me antè. Multa simul concurrunt &c. Aut per
Comiuncti- onis. Comiunctiones copulatiuas: ut, Multa quoq; & belle passus, ubi, &, abundat. Sub Pleonasmò (ut dictum est) Parelcon & Epanalepsis comprehenditur.

In quibus Parelcon consistit ?

- Parelcon.** Parelcon est in illis, quæ ut expletivæ uel exornatiuæ tantum adijciuntur, & nihil ad cōstructionem uel sensum conferunt: ut sunt, Num, nam, dum: In his, Etiamnum, nummam & adesdū, alijsq;, ut, Numnam perimus, Ehodum bone uir ad me. Sofia adesdum, paucis te uolo.

Quid

Quid est Epanalepsis?

Epanalepsis est, quum post aliquā multa interposita, uel claritatis, uel alia quapiam causa, resumimus quod in principio collocauimus, cum alioqui sine eo cōstructio suos numeros haberet.

Quomodo igitur illud resumimus?

Resumimus uel ijsdem uerbis: ut, Talis amor Daphnim, qualis cum scissa iuuenum Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos &c. Talis amor Daphnim teneat &c. Vel diuersis ab eis, quæ sunt posita, aliàs paribus potestate. i. Synonymis: ut, Confirmato illo, de quo, si mortales animæ sunt, dubitare non possumus &c. Hoc igitur probe stabilito & fixo illud excutiendum est. Aliàs magis generalibus: ut, Verum animum uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare, hæc qui faciat non ego summis uiris comparo, sed similitum Deo iudico. Adhibentur aliquando in his repetitionibus notæ quædam: ut sunt, inquam, igitur, sed, cum similibus: ut, Nostra .n. est, si modo nos oratores sumus &c. Nostra est inquam omnis ista prudentiæ doctrinæq; possessio.

1.

2.

3.

Notæ &
signa repetitionis.

*Hactenus quidem de Figuris, quæ in numero
uel deficiunt, uel abundant.*

II.
*Figuræ in
ordine.*

**Quod est secundum genus
Figurarũ, quæ uidelicet le-
gitimum ordinem in-
uertunt ?**

*Hyperba-
tum in ge-
nere.*

Hyperbatum in genere dictum.

Quid est Hyperbatum?

*Hyperbatum est, cum ordo legitimus dictio-
num clausularum uel mutatur.*

Quæ sunt eius species?

*Hyperba-
tum in spe-
cie.*

*Hyperbatum speciali nomine dictum, Ana-
strophe, Hysterologia, Tmesis, Parenthesis, Syn-
chysis & Hypallage.*

**In quibus Hyperbatum speci-
ale consistit ?**

*In eiusmodi distractionibus, Animaduer-
ti iudices omnem accusatoris orationem in duas
esse diuisam partes, pro, omnem orationem ac-
cusatoris in duas partes diuisam esse.*

*Anastro-
phe.*

Quibus accidit Anastrophe?

*Anastrophe dictionum præposterus ordo, ac-
cidit & præpositionibus; ut, Italiam contra. Et
aduerbijs*

aduerbijs : ut, *Diu cum esset pugnatum, pro, cum diu.* Et Coniunctionibus, ut, *Nec te quiuit cogere, illam ut duceres.* Et Relatiuo *QVI*, non sine gratia: ut, *Mater quod suaserit sua, adolescens mulier fecit.* Item, *Vix apud me sum, uigilans qui propè dormio.*

Quid est Hysterologia?

Hysterologia fit quum Præpositio non ca- Hysterolo-
sui, cui seruit, sed uerbo, quasi cum eo com- gia.
positum sit, iungitur : ut, *Tyriam qui adueneris urbem.* Item, *Atq; rotis summas leuibus perlabi-
tur undas.*

Quid est Tmesis?

Tmesis est, quum composita uoce diuisa, di- Tmesis.
ctio aliqua eius partibus interponitur : ut, *Sep-
tem subiecta trioni, pro, subiecta septentrioni.*

Quid est Parenthesis?

Parenthesis est sensus sermoni, antequam ab- Parenthe-
soluatur interiectus, qui, quanquam aliquid eius sis.
uiribus cōfert; tamen sublatus legitimum sermo-
nem relinquit: ut, *Iuppiter hospitiibus (Nam te da-
re iura loquuntur) Hunc letum Tyrijsq; diem
Troiaq; profectis Esse uelis.*

Quid est Synchysis?

L 5 Synchysis

Synchysis. Synchysis est ordo dictionum confusior in multis clausulis connectendis, alicuius inconcinnitatis uitandæ causa susceptus, Et fit, seu in clausula relatiui confusione: ut, Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet. Saxa uocant Itali merdijs quæ in fluctib: aras. i. Tres naues torquet in saxa, quæ saxa Itali uocant aras. Siue duarum clausularum dictionibus permixtis: ut, Namq; Filla, Lippis inimicum ludere, crudis, pro, Ludere
 2. **pila est inimicum lippis & crudis.** Huc quodammodo spectat Hypallage in dictione: Ibant obscuri sola sub nocte. i. soli sub obscura nocte.

QVID EST HYPALLAGE?

Hypallage seu Metathesis. Hypallage ὕσπερ ποπ πρὸ τε ποπ seu Metathesis sensuum est, ubi Relatiuum demonstratiuum suum, quod repetit, in oratione præcedit: ut, Non cōcedo, ut quibus rebus gloriamini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Vel ubi Relatiuum sensum, quem repetit, præcedit: ut, Quod felix & faustum sit Quirites Regem create. Præterea & in quibusdam alijs figuris accidit.

III.
 Figuræ in
 immutatio-
 ne.

Enallage
 accidentiū.

Quod est tertium genus
 Figurarum?

Enallage seu immutatio Accidentium.

Quot

Quot modis fit?

Sex Modis. Nam Aut casus pro casu ponitur, diciturq; Antiptosis: ut, Projice tela sanguis meus, pro mi. Aut Genus pro genere: ut, Generis E-Amariæ cortices. Validi silices: Sed Solæcon est, nallage. Aut Numerus pro numero: ut, Adeón homines 3. immutariē, ex amore, ut non agnoscas eundem Numeri. esse, pro eosdem. Aut persona pro persona: ut 4. Si quis me quæret, Rufus præsto est, desine, pro Personæ. præsto sum. Aut modus pro modo: ut, Itis, pa- 5. ratis, pro, Ite, parate. Hoc facies, me expectabis, Modi. pro fac, expecta. Aut tēpus pro tēpore: ut, Acce- 6. do ad pedissequas, quæ sit mater eius rogo, pro, Temporis. accessi, rogavi. fitq; hoc maxime cum in Ener- gia res quasi coram geri refertur.

Hæc de figurarum generibus,
quibus uelut in appendice

Linacer Anacoluthon,

Archaismū & Hel-

lenismū addit.

Quid est Anacoluthon?

Anacoluthon, aliās orationis uitium est, quā- Anacolu-
do præcedentibus non redditur consequens, thon.
et Anapodotō uocatur, Sed hoc loco est, quādo
disidet

disidet uox, quæ adhibetur in Apodosi: ut in illo Terentij Donatus notat, Omnia prius experiri uerbis, quàm armis sapientem decet, Vbi armis pro arma uidelicet experiri sit positum. uel non incommode Syllepsî per partes explicaretur, ut idem uerbum in priori parte pro tentare, in posteriori pro aggredi sumeretur.

Quid de Archaismo statuis?

Archaism: Archaismus est figura, quæ dum ab alijs satis explicata est, & propter exoletam uetustatē ad Latinitatem parum confert, præteriri potest. Hellenismus uerò, quia figura minus ab alijs explicata & in frequentissimo usu est, explicanda restat.

Quid est Hellenismus?

Hellenism: Cum ad consuetudinem Græcorum latina cōstruuntur: ut est Metabasis seu Transitiō in casum, quem non Latina proprietās exigit, sed Græca: ut, Cui nec certauerit ulla, sicut græcè *μὰ χρομαί σοι*, Latine certò tecum dicitur. Sic de sine curarum, uelut *ἀννε τῶν πόνων*, pro de sine à laboribus. Sic est Græca Eclipsis in eiusmodi formalis, est qui, sunt qui, est quando, est ubi, sicut *ἐς ἡμέραν*, *ἐς ἡμέραν*, *ἐς ἡμέραν*, *ἐς ἡμέραν*.

Item

Item, Nuda genu. Sicut ὁπῶς τὰ τῶν τρόπων
 ἦν παρὰ δαῖτοι pro κατὰ τὰ ἦν, latine, facie
 mutatus, probi moribus efferuntur. Sic est Ple-
 onasmus Græcus in hoc: Negat neq; eius patrē
 se scire, Sicut ἐξαρνός ἐστι μήδ' ἰδέειν, ubi μή
 δ' abundat. Sic Atticismus in Nominibus lo-
 calibus, quò terminationes ζε, δερ, σι, tribus ca-
 sibus absq; Præpositione latine efferimus, pro
 Ἀθηνᾶζε, Ἄθηνηδερ, Ἀθηνῆσι .i. Athenas,
 Athenis, & Athenis in ablatiuo uel datiuo, in lo-
 co. Sic Enallage Græca: Aut partium seu An-
 timeria, ut Nomen pro aduerbio: ut Plin: Hæc
 singula matutina & uespertina dant, pro, mane
 & uesperī. Sicut δ' ἥλος δ' ἐστὶν pro δ' ἥλος.
 Aut specierum: ut, si pro an: ut, Est ne ea intus,
 si sit rogas: pro an sit: Sicut πρὸς ὅμῳ
 ἐστὶν ἄν. Aut Accidentium, ut Temporis. Quid
 ago, Sicut τί δ' ῥῶ .i. quid agam. Et Gene-
 ris, in quibus post Masculina et Fæminina Neu-
 trum subijcitur. Et Numeri, cum ad singulare in-
 fertur plurale, ut in Prolepsi. Pars ingenium
 exercebant. Et Casuum: ut, Nec cernitur ulli,
 pro ab ullo. Sic de alijs Hellenismis, de
 quibus ex his exemplis iudi-
 cium fiat.

III.

IIII.

V.

Hæc

Hæc autē de Corpore & præ-
cipuis membrīs totius Gramma-
tices in Isagoge ista summātim &
breuiter recitata, copiosius & ple-
nius in additis tabulis, & in ipso
autore, ad quem se referunt, spe-
ctantur : atq; in lectione bonorū
Autorum, ad recte & pure
loquendi & scribendi
usum transferā-

tur.

Τέλος

Τῷ Θεῷ Δοξα.



ERRATA SIC CORRIGE.

- A 1. altera facie uersu 18 lege τοις τε σποτοῖς.
A 3. al: fa. uer. 8. lege eiusmodi.
A 4. uer: 8. lege legitimæ. altera fa; uer. 15. lege debent.
A 5. uer: 7 le. ἔδικαυ.
A 6. alte: fa: uer: 15. le: autori.
A 7. alte. fa: uer. 7 le. subiiciendā & offerendā
A 8. uer: 1. le: laboribus. et uer: 3. cōmendaretur
Deinde pagella 2. uersu 1. lege perfectiorem.
II. pagella uersu 17. lege huiusmodi, istiusmo:
14. pagel: uer: 15. lege plurium quàm.
18. pagel: uer: 11. le: iste cum contem:
21 pa. uer: 2. le: apponūtur. et uer: 17. le: eccū eccā
27. pa. uer. 4. à fine lege passiuam significationē
deponit, & uel actiui significationem.
36. uer: 11. le: Isodynamia.
40. uer: antepenult: & ult: lege significant.
69. uer: 7. à fine lege discretiuis.
80. uer: à fine 10. & penul: pro Quid lege Quæ.
92. uer. 1. pro Quando lege Quomodo.
97. uersu 4. le. intransitiuè inter.
104. uer: 2. le: ut, duodetriginta.
105. uer: 3. Et præ:
113. uer: pen: le: submotus ad Istrum.
126. uer: antepe: le: oculus mihi.
143. uer: à fine 5. lege iupiter.
144. uer. 6. lege ita similitudinis ante ut,



